PANCIROLI, Guido

Nova reperta, sive Rerum memorabilium recens inventarum, et veteribus incognitarum / Guidonis Pancirolli... ; liber secundus ; ex italico latinè redditus, & commentariis illustratus ab Henrico Salmuth . -- Editio secunda. -- Ambergae : Typis Michaelis Forsteri, 1608

[12], 740, [20] p., (:)6, A-Z8, 2A-2Z8, 3A8, 3B4 ; 8º

Rerum memorabilium recens inventarum, et veteribus incognitarum. -- Apostillas marginales . -- Error de sign.

I. Salmuth, Heinrich II. Título

R-5128 An. ms. -- Varias p. tachadas. -- Enc. piel con hierros dorados en el lomo. -- Ex-libris autogr. en port.: "Del D[octo]r Puig"

~~R-7504~~
Arm.º 8
Cuerpo alto
tab 6
R-5128

# NOVA REPERTA,

Sive

*Rerum Memorabilium*

RECENS INVENTARUM,

*&*

*VETERIBUS INCO-gnitarum,*

GUIDONIS PANCIROLLI

JCti Clariſſimi

[redacted]

Ex Italico Latinè redditus, & Commentariis illuſtratus

*Ab*

HENRICO SALMUTH.

*Editio Secunda.*

*AMBERGÆ,*

Typis Michaelis Forſteri.

*M DCVIII.*

*Illuſtriſsimo & fortiſſimo*
*Principi,*

Dn. CHRISTIANO,
Principi Anhaltino,

Comiti Aſcaniæ, Domino Serveſtæ
& Bernburgi, &c.

SERENISSIMI ELECTORIS
PALATINI

In Bavaria ſuperiore
LOCUM-TENENTI;

*Domino meo Clementiſſimo.*

SCitum eſt, quod Papinianus interroganti, quare libros non ſcriberet? reſpōdiſſe fertur, Ve- ſe, ne chartæ iis, q̃ ſcripturi ſunt, plu- eſſent emendæ. Nec enim noſtra tempeſtate tantùm, ſed & ſuperio- s quoque ſeculis, adeò inſatiabile tos ſcribendi cacoëthes egit, ut Eu- us in Vitis Philoſophorum, ridens turientium ſtudia, AEmiliū ſcri- olitum fuiſſe dicere, βιβλίδια eorum

hominum, multorum Camelorum j
ſtum onus eſſe poſſe. Quod longè an
prævidens ille Apollinis quoq; oracu
lo ſapiens judicatus Socrates, nihil, du
viveret, ſcribere voluiſſe dicitur, rat
ſcilicet, & librorum copiam officere S
pientiæ ſtudioſis, & invidiâ premi v
vorum auctoritatem. Certè, quæ in
dorũ & antea fuerit, & hodie etiam
ſit malignitas, dum ex aliorum rep
henſione atq; ignominia gloriam la
demq; captant, parum interim ſcient
quàm multa neſciant: id manifeſti
eſt, quàm ut explicari debeat. Faſtid
verò librorum copia, ignota eſſe n
poteſt: quandoquidem multorum
dies ſcripta vel ad Cimmerias teneb
& caliginem, tineis ac blattis paſcen
vel ad ſalſamentarios ſoleant amand
&, ut Horatius dicebat,

*Deferri in vicum, vendentem thus & odor*
*Et piper, & quicquid chartis amicitur inep*

Nam quæ non ita ſcribuntur, ut
indè facere, & divitias ſubitò acqui
poſſis: nugæ ilicò ſunt, & Nævii Bu
batta. Sic evenit, ut non pauci præ
ill

ſi illa ingenii ſui monumenta tam diu vivere cupiant, quàm diu beſtiolas quasdam, quæ apud Hypanim Scythiæ Europeæ fluvium naſcuntur: quarum vita diem non excedere dicitur. Quæ res non parum me ſuſpenſum tenuit, poſt primam illam Rerum deperditarum, novam hanc noviter Inventarum editionem meditantem; dum animo mecum expendo, quàm arduum ſit, vetuſtis novitatē dare, novis auctoritatem, obſoletis nitorem, obſcuris lucem, faſtiditis gratiam, dubiis fidem, omnibus verò naturam, & naturæ ſuæ omnia. Sed cùm primam operis hujus partem viris doctiſſimis, & quavis dignitate cōſpicuis, non tantùm probatam intelligerem; verùm etiam iidem crebris me exhortarentur literis, ne poſterioris & quidem jam diu promiſſæ editionem diutius ſuſpendendo, hanc ingenii mei fœcunditatem (ſic illi interpretabātur, quam ego in me perquàm ſentio eſſe exiguū) ipſis inviderem: Inter quos nominari à me poſſe gaudeo illud Sileſię ſid' *Jacobum Monavium*, præter generis no-

Obſervatio Additi

bilitatem cùm doctrina ſingulari, tum
auctoritate clariſſimum : ſanè ut cum
latiniſſimo poetarum dicam Lucretio,

*Percuſſit thyrſo laudis ſpes magna meum cor.*

Ideoque ut contractum illud nomen
tandem expungeretur, egoque pro-
miſſionis nexu ſolverer; huic quoqu
parti, quæ Rerum noviter inventarum
eſt, manum admovi, atque ut in publi
cum, ea qua cōſpicitur forma, prodire
conceſſi haud invitus. Qua tamen i
re veniam mihi dari peto, quòd
Pancirollo hiſce meis Notis ſæp
digreſſus fuerim longiùs : quan
quam nullâ aliâ de cauſſa, quàm ut po
ſet Lector uno quaſi momento plu
um rerum cognitione ſimul frui, atqu
inſuper etiam legendi tædio quodam
modo levaretur: cùm expeditum ſit, t
libus egreſſionum amœnitatibus no
Commentatores tantùm, verùm ipſ
etiam Lectores non parum refici.
igitur inſtitutum hoc meum benig
interpretabuntur, opinor. Nam Cap
mulgos, & naſutos illos pedagogul
tantum abeſt, ut æſtimem, ut ipſoru
fav

favorem, vel tribus quoq; nebulæ cyathis, ſi poſſim, nolim tamen emere.

Tuo verò præſidio, Illuſtriſſime & Fortiſſime Princeps, ut commendarem hujus quaſi partus gemellam alteram, ipſamet videbatur expoſcere. Nam cùm videret, alteram illam Geminã à Sereniſſimo Electore Palatino, Domino meo clemẽtiſſimo, tam benigniter fuiſſe ſuſceptam; non dubitabat à Te quoq;, quẽ Sereniſſimæ illius Celſitudinis vicem ac perſonã ſuſtinere ſciebat, parẽ clementiæ favorẽ promereri. Cauſabatur præterea, apud neminẽ ſibi tam facilẽ & promtũ fore acceſſum, atq; apud Te, Clementiſſime Princeps, qui ob laudatiſſimarum artiũ cognitionẽ, quam cum militari ſcientia ita habes conjunctam, ut & ſapientiſſimus & fortiſſimus DUX ubique audias; de hiſce quoque ſtudiis rectiſſimè judicare poſſis; eos ſcilicet imitatus, quibus volupe fuit, non armorum tantũ, ſed & humaniorum quoque literarum noticiâ ornari. Ex quibus ut omittam Epaminundam Thebanum, doctum à

Lyſide Pythagoreo; & tres illos Ath
nienſium Duces ſummos, Periclem
Anaxagora, Alcibiadem à Socrate, Ti
motheum ab Iſocrate, inſtitutos; vel
nicus Scipio Africanus, bellator int
Romanos maximus, inſtar omniū
ſe poterit. qui cùm duas eſſe artes pri
cipum virorum proprias intelliger
Civilis & Militaris rei ſciētiam, non P
nætium tātùm, ſed & Polybium, hom
nes doctiſſimos, illum Philoſophiæ
morum; hunc Reipub. gerendæ & m
litiæ doctorem, perpetuos comites
cum habuiſſe fertur. Quorum laudab
le inſtitutum Te quoque, ab ipſa m
pueritia ad hanc usque ſequutum e
novimus ætatem: quam Deus O
Max. perpetuò florentem velit eſſe
vegetam. Poſſem hîc in tuas lau
latiùs digredi, & cum multis te ſu
humanam fortunam collocare. S
ſatis eſſe duco, Lyſippum Plaſten in h
imitari, qui conſpectâ Alexandri pi
râ, qua Apelles ipſi fulmen in man
addidiſſet; dixerat, ſe haſtam, cujus g
riam ut veram & propriam nulla
qu

quam deletura fuiſſet ætas, maluiſſe; Apellem aſſentationis inſimulans, à qua ſicut generoſiſſimum animum tuum abhorrere ſcio: ita mihi temperandum ſemper putavi. Illud ab Illuſtriſſima Celſitudine Tua unicè & humiliter peto, ut lucubrationes haſce meas ſerena fronte ſuſcipiat, & benigniſſimis oculis intueatur: atque illa clementiæ ſuæ aura, cujus afflatum ſubinde experimur, tum mihi, tum familiæ meæ, deinceps quoq; adſpiret. Ambergæ, KL. Martii, Anno MDCII.

*Illuſtriſſimam Celſitud.*

*Tuam*

*debita ſubjectione colens*

*Henricus Salmuth,*
*Secret. & Feudor. Præpoſ.*

# Epos

## Cunradi Rittershuſii, J. U. D. & Profeſſoris Norici,

## In Bipartitum Opus Rerum Memorabilium

*Guid. Panzirolli, & Henrici Salmuthi, Cl. V.*

Ἀντλωτὸν μακάρεσσι βροτῶν γένος ἐστὶν ἀλη-
παντοίων τεχνῶν μελετήμασ᾽. ἀμήχανον
δ᾽ ἐν
ὡς σφισιν ἐστὶ καμεῖν, ἢ μὲν κατὰ μητέρα γαῖαν,
ἠδὲ καὶ αἰθέρα μακρὸν, ὁμῶς στονόεντ᾽ ἀνὰ πόν-
ἀνδρομένη σοφίη πάντ᾽ ἐστὶν ὑπήκοα πάντη.
Τέχναι δ᾽ οὐ πᾶσαι θάλλουσ᾽ αἰῶνι ἑκάστῳ,
ἀλλ᾽ ἑτέρῳ ἕτεραι. γλυκερὴ δέ τις ἐστὶν ἀμοιβὴ,
ὡς τὰς μὲν κλαδεῖν, ἄλλας δ᾽ ἀνεδεῖναι ἐσαῦ-
καὶ περιδινεῖσθαι ἅτε δὴ ἱερῷ ἐνὶ κύκλῳ.
Σαλμυθος κατὰ μοῖραν ἐπιστάμενος τάδ᾽ ἐδ-
διπτύχῳ ἐν τεύχει κεχαραγμένῳ ἠχὶ ὁμαρτῶν
τοῦ νομικῆς φάεος Πανκιρολίδου μακαρείτου.
Ὅστις ταῦτ᾽ ἀναγνοὺς ἔσσῃ, φίλε, εὐχαρι-
ποίη
ἴσθι σὺ ἐπίστης, Πανκιρολίδῃ τ᾽ ἐρατεινῷ
Σαλμύθῳ τ᾽ ἀγαθῷ. μᾶλλον δ᾽ ἄρα μείζονα
νοῦ καὶ ἐμὸν πάντως χάριν εἰδέναι ἐστὶν ἐ-
οὐδ᾽ ἄν οὐδὲ μὲν ἦν θησαυροῦ κρυπτοῦ ὄνησις.

Ελ

## *AD CL. V.*

## Dn. HENRICUM SAL-MUTH. &c.

Pierio ut primùm filo deducere avebas
Verſus, & diæ dedere cor Themidi:
Numina deſubitò Muſarum, Helicone relicto,
Ecce! tuum penitus ſe in gremium abdiderant.
Si quis nunc igitur Muſas, Phœbúmve requirat:
Si te adeat, juro, nî te apud inveniat.

*Paulus à Gisbice, Poëta coronatus Cæſareus.*

## IN LOLLUM.

*Lolle, Theonino quid me petis, improbe, dente?*
*Si bonus es, lauda quæ bona, carpe mala.*
*Sed bona fortè malis ſunt plura, hinc ringeris? Obè*
*Jam ſatis eſt, nunc vel ringere & emorere.*

# TITULORUM SECUND[UM]
## hoc libro explicatorum Index.


1 *De Novo Orbe. fol. 1.*
2 *De Porcellanis. fol. 141.*
3 *De Lapide Bezoar. 257.*
4 *De Rha-barbaro: & Caſſia. 275.*
5 *De Saccharo. 285.*
6 *De Manna. 297.*
7 *De Alchymia. 313.*
8 *De Deſtillationibus. 360.*
9 *De Campanis. 378.*
10 *De Horologiis. 402.*
11 *De Pyxide nautica. [illegible]64.*
12 *De Typographia. [illegible]89.*
13 *De Charta. 602.*
14 *De Ziferis, ſeu furtivis literarum notis. 6*
15 *De Conſpicillis. 649.*
16 *De Sellis, Staphiis, & Equorum ſoleis. 66*
17 *De Quadratura Circuli, ſeu modo redu*
*Quadrati ad Circulum. 670.*
18 *De Tormẽtis muralibus & Bombardis.*
19 *De Igni Græco. 693.*
20 *De Torneamẽtis, quæ vulgò Gioſtre dic*
21 *De Quintana. 704.*
22 *De Moletrinis. 709.*
23 *De Aucupio, quod cum Accipitre, Ni*
*Falcone, & aliis avibus peragitur. 719.*
24 *De Textis Sericis. 728.*
25 *De Liquoribus, qui vulgò Botarge & C*
*dicuntur. 734.*


N

# NOVA REPERTA:

SIVE

# RERUM MEMORABILIUM

*Recens inventarum, & veteribus planè incognitarum,*

GUIDONIS PANCIROLLI J. C.

*LIBER SECUNDUS.*

## DE NOVO ORBE. Tit. I.

*INter ea, quæ Veteribus fuerunt incognita, primum & notatu quàm maximè dignũ poni poſſe credo Novum illum Orbem, anno à Chriſto nato poſt Millesimum quadringenteſimum nonageſimo ſecundo, à* Chriſtophoro Columbo *Genuenſi repertum. Hujus anteà nulla* Novi orbis retectio.

*erat notitia: niſi quòd Fortunatæ com-*
*morabantur Inſulæ: de quibus fidem ſ*
*taſſe fecerant Navigantes. Et eſt ſane*
*illa admirabilis, & inter eas, quas inte*
*gentiâ poſſumus adſequi, in primis ſtup*
*da: quæ etiam magis me magisq́ue cogit*
*tem in admirationem ſæpius traxit.*

Quæ inde ad nos allata.

*Mundo iſto invento, multa ad nos p*
*venerunt animalia, plantæ, & opera*
*ctenus nobis planè incognita: verbi c*
*ſa, Galli & Mures Indici; Guajacum*
*lignum ſanctum, China, Sarſa-parilla,*
*ſofras, & aliæ plantæ ſaluberrimæ, &*
*dicinæ inſervientes, quarum uſus fieri*
*pit neceſſarius, derivato in hanc re*
*nem noſtram morbo iſto, quem nos G*
*cum, alii Neapolitanum dicunt; eò q*
*ab Hiſpanis ex inſula Perû redeunti*
*Neapolim fuerit allatus.*

*Inde etiam delatæ ad nos Ficus, N*
*& Cannæ Indicæ, itemq́ue Sericum i*
*vermiculorum lanificium, & Pictur*
*avium pennis conſertis adeò natura*
*expreſſæ, ut pictores cum colorib. pulc*
*res eas repræſentare haud poſſint. præ*

*texta illa Attalica, quæ prout aëri vel luci fuerint expoſita, vel aurea, vel holoſerica, vel punicea, vel carmeſina, vel alterius coloris videntur. Ex eadem regione advehuntur & Cultelli lapidei, quidvis inſecantes: item Crepidæ ex junco Indico, & alia innumera, quæ ſingula recenſere longum foret.*

## NOTÆ, SIVE COMMENTARII.

Novum Orbem cùm dicimus, non ad novam aliquam mundi conſtitutionem, aut creationem reſpicimus; ſed ad inventionem duntaxat & detectionem recentem; ne cum Democrito, Epicuro, aut Anaxarcho, cæteriſque ſapientiæ magiſtris, plures eſſe Mundos, videamur ſtatuere. quæ tamen opinio, tanquam nullis fulcita rationibus, jamdudum meritò exploſa, atq; exſulare juſſa eſt: ſtante contrà veriſſimâ & immotâ hac ſententiâ, quòd hodie etiamnum eadem & prorſum talis ſit mundi conſtitutio, qualis abinitio olim erat, cùm cœlum & terram creavit Deus. Nam & Moſes hiſtoricorum antiquiſſimus, cujus ſingula verba, ut de Euripide dicebat Cicero, ſingula teſtimonia

*Novi Orbis denominatio.*

*Mundi an plures.*

*Mundum eſſe unicum.*

verè putanda ſunt; & multis poſt eum ſ
lis Johannes, eo, quem de vita & doct
Servatoris noſtri commentatus eſt, lib
cùm præcipua opera Dei viſibilia recit
ex quibus ipſius majeſtas & omnipote
facilè percipi poſſit, unius tantùm huju
ullius alterius Mundi à Deo creati mem
runt. qui tamen, ſi plures ſcilicet fuiſſ
nequaquam id ſilentio obliteraſſent. P
nebat enim ea maximè res ad Dei glor
& potentiam illuſtrandam: neq; ulla h
tam invidi & periculoſi ſilentii ratio pr
bilis adferri poteſt. Quò fit, ut rectè ve
ſenſerint & collegerint, Unum eſſe De
quia unus eſt Mundus: contraque, U
eſſe Mundum, quia unus Deus. Ariſto
certè ex ordinis unitate in rebus exſiſte
unitatem ait colligi gubernantis Dei. *2.*
*taphyſicor.* ſiquidem ordine uno, & ad u
inſtrui debeant omnia. Sed & exemp
unitate Mundi unitatem probat Plato,
uti ad exemplum producti, ut eſt apud
Cœlium Rhodiginum *lib.1. Antiquar. le*
*cap.7.* Taceo, totam hanc variorum &
torum Mundorum architecturam pla
turam fuiſſe ineptam. Cur enim plure
liſſet Deus, qui unico, & eo quiden
poterat omnia etiam cõmodiu

lectu, quæ illis diverſis & ſeparatis Mundis ſit comprehenſurus? Atqui Deum & Naturam nihil fruſtrà agere, vulgò & verè dicitur. Jam ſi plures condidiſſet Deus, illi mundi numero tantùm, non autem ſpecie differentes & diſſimiles inter ſe eſſent. Cur igitur ille condidiſſet ſæpius idem? Et, ſi plures Mundi eſſe concedantur: eâdẽ ratione etiam numero infinitos eſſe fatendum eſt. Unum igitur hunc Mundum, & non plures creavit Deus; non ἀδυναμίᾳ certè, vel impotentiâ quadam, quando ipſe eſt Omnipotens: non quòd exhauſti in tantæ molis fabrica ipſius ſenſus, aut defatigatæ jam vires eſſent: verbo enim ſolo omnia condidit, *Pſal.33.* non quòd etiam materiæ, ut cenſent Peripatetici, inopiâ & penuriâ id evenerit (aſſerentibus quippe his, *Quod ſit ex tota ſua materia, non eſſe plurificabile*) & tota quæ fuerat præparata materia, in tantæ machinæ corpore conſumta ſit, potuit enim, qui hunc tantum mundum ex nihilo primùm creavit, ad alios infinitos materiã, ſi vellet, ſibi præparare: Sed ... ſolùm de cauſſa Mundi plures conditi nõ ...t, quia Deus ipſe noluit. nam quæcunque ...it, fecit. *Pſal.115.v.3.* Cur autem noluerit, ignota nobis ratio eſſe poteſt; injuſta tamen non poteſt: ut [redacted] explicat

*Origenis error notatus.*

Lambertus Danæus *libro 1. Phyſic. Chriſt.* *cap. 11.* illum Origenis errorem refutans, q plures mundos exſtituros ſenſit, non ſim quidem omnes, ſed ſucceſſivè, & alium p alium. Ideoque Chriſtum ſæpius paſſuru ut, quod ſemel profuit, ſemper proſit aſſu tum. Cui veſaniæ affine quodammodo & *Oſiorum* delirium, qui Mundi plurali tem ex Chriſti veri, viviq; verbi auctorit obſtinatè adſtruebant: qua Chriſtus regn ſuum non eſſe de hoc Mundo, fuerit teſtat Ex quo tamẽ loco, plures eſſe mundos, nõ ficitur. Verè enim Chriſti regnũ non eſt hoc mundo, inferiori & perituro ſcilicet eſt ſpirituale & intellectuale, durans in æt num. Quanquã, ſi verum amamus, Novi bis nomen non adeò novum eſt apud Cl cos ſcriptores. Nam & Germaniam Ov us ad Liviam ſcribens; & Hegeſippus An am, novi orbis appellatione cohoneſta Sic Pomponius Mela alicubi alterius Or Lucanus Ignoti orbis meminit *lib. 5.* loqu de Arabibus in auxilium Pompeji pr rantibus. Et JCtus Ulpianus Orbis Ro mentionem facit in *l. in orbe. 16. ff. de* Ita enim ibi legendum eſſe, cùm *Urbe Romana*, vulgata haberen ... rectè monuit *in d. l.*

*Et Oſiorum.*

*Novi orbis nomen olim quoque uſurpatum.*

& *l. poteſtatis.215. de verbor. ſign. juncto cap. 21. b.2. Diſpunctio.* quem Petrus Coſtalius *d.l.16.* & Johan. Coraſius *in l.ſi teſtamento.C.de impuber & aliis ſubſtit. n.19.* Hieronymus Cagnolus *in l.2.de orig. juris.n. 129.* Sylveſter Aldobrandinus *Inſtit. de excuſat. tutor. in pr. n.19. in fin.* & Arius Pinellus laudant, *in 2. parte Rubricæ C.de bon. matern. n.11.*

Novum autem Orbem iſtum, de quo Pancirollus primo hoc tractat capite, veteribus planè fuiſſe incognitum, evidentiore probatione non eget; cùm exſtiterint nonnulli, qui ipſam etiam terram ea parte eſſe negârint; quidam etiam cœlum inde ex rerum natura auferre non dubitârint. Etſi enim Philoſophorum doctiſſimi Cœlum omni ex parte ſphæricum atque rotundum, & terram undique ambiens, atq; in ſeipſum volvi tradiderunt; video tamen magni nominis Theologos contrà ſtatuere, Mundum hunc univerſum domui potiùs ſimilem eſſe, cui tectum ex una tantùm parte, non quaquaverſus immineat. Neq; enim rationem pati, ut terræ moles tam gravis in medio aëre ſuſpendatur. Chryſoſtomus certè eos non ſemel provocat atque laceſſit, qui cœlum ſphæricum ponunt: cùm ſcriptura potius tabernaculum à DEO fixum commemoret,

*Novus Orbis veteribus incognitus.*

*Cœlũ an ſit ſphæricum.*

*ad Hebr.8.* Et cùm Pſalmo 104. legamu
um extendiſſe cœlum, ſicuti pellem :
*Eſaiæ 40.v.22.* Cœlum, ut telam & corti
expanſum eſſe atque diffuſum : eo
non obſcurè ſignificari, Cœlum non
ſphæricum, quàm ſupernè planum eſſe
Auguſtinus argumentatur *libro 2.de Gen*
*ad lit.cap.9.* quo etiam loco, non absq; ſto
chatione: *Quid ad me pertinet* (ait) *utrum*
*lum ſicut ſphæra undiq; concludat terram in*
*dia mundi mole libratam; an eam ex una p*
*veluti diſcus operiat?* Sed minuenda eſt
opinio.

*Cœlum eſſe ſphæricum probatur.*

Nam ut illa Philoſophorum ſcita o
tam: quòd perfectiſſimum corpus deceat
gura perfectiſſima: quòd pulcherrimâ &
paciſſimâ formâ, quæ ſphærica eſt, ambi
hunc tot tantaque ſuo ſinu complecten
efformari oportuerit : quòd præcipu
tanquam integrales hujus mundi pa
quæ ſunt Cœlum, Aqua & Terra, ipſis ſe
bus dijudicentur eſſe circulares & ſphæ
quibus totum ipſum Mundi ambitum
râ ſimilem eſſe credibile ſit: quòd mot
orbem non poſſit eſſe æqualis & conſta
ngulos incidat: id quod prorſum n
at, ſi Sol & reliqua aſtra non v
mni ex parte, ſed inflecterentu

ubi : Profectò evidenti ſatis argumento eſſe poteſt vel una Luna, quæ tunc tantùm efficit & Eclipſin patitur, cùm globus terræ ex diametro Solis radios intercipit. quod fieri non poſſet, niſi terræ moles eſſet in medio, cœleſtibus orbibus undique concluſa. Et quid noctem efficit aliud, quàm Solis obſceſſus ex terræ umbra? Quòd ſi Sol terram non ſubit, ſed idem eſt occidere, & ad angulum converti, (quod omnino ſequatur neceſſe eſt, ſi cœlum in modum diſci terram tantùm operiat, ac non pilæ inſtar complectatur:) profectò longiores brevioresq́; noctes, alicubi ſemper æquales efficere nullo modo poſſet. Nam quod Auguſtinus, *d. lib. de Generat. ad lit. cap. 10.* omnes & converſiones, & oppoſitiones, & depreſſiones, & aſpectus, & quæcunq; ſunt aliæ ſiderum affectiones, ſcribit poſſe ſervari, etiamſi cœlo ipſo immoto aſtra tãtummodò moveantur: planè ad intelligendum non eſt difficile, ſi modò fingendi ſit licentia, ut Joſephus à Coſta reſpondet *lib. 1. de Natura novi orbis. cap. 2.* Contrà, de hoc terræ ſitu & cœli ambitu prę-ter oculatam fidem abundè etiam ſacræ teſtantur literæ. Nam dum Orbem terrarum dicunt, quid aliud intelligunt, quàm quicquid eſt corporum, cœli ambitu contineri?

Unde Eccleſiaſtes: *Oritur* (inquit) *Sol,*
*occidit, & ad locum ſuum revertitur, ibiq; re*
*ſcens gyrat per meridiem, & flectitur ad Aqu*
*nem, luſtrans univerſa in circuitu: pergit ſpi*
*& in circulos ſuos revertitur.* Ubi Gregorii
raphraſis habet: Sol, totâ terrâ decurſâ,
eundem rurſus terminum punctumque
cum volvitur. quod fieri ſanè non poſſe
terra cœlo aliqua parte eſſet excluſa. I
autem cœli ambitu terram comprehendi
mediam veluti librari, ex illo Hiobi *cap.*
diſcimus: *Extendit Aquilonem ſuper vacu*
*& appendit terram ſuper nihilum.* Suſpe
enim videtur in nihilo, cùm terra aquę co
mixta in medio aëre ſtare perhibetur. I
ctè, *aquæ mixta:* cùm certum ſit, Terr
elemento aquæ hærere, & plurima ex pa
ab illo ita contineri, ut ex duobus iſtis e
mentis, unus conſtituatur globus. Qu
Regius Propheta ſignificat, cùm Deum
maſſe ait terram ſuper aquas; & rurſus o
bem terrarum ſuper maria. *Pſalm. 23. &*
Id quod præcipuum quoque divinæ om
potentiæ argumentum eſt. Mirum etenim
& revera quoque ſupra rerum naturam e
videtur, Terram graviorem multò, & mi
rem aquâ, ab ea non obrui, turgentesque
elatiſſimos Maris fluctus, intra certos fines

*Terra & Aqua conſtituunt globum.*

co

ntinere, neque in totam terram. quæ lon-
intervallo ſubſtare videtur, ſeſe effunde-
. Unde apud Hiob. *cap. 38. verſic. 10 (Cir-*
*mdedi*, inquit, *Mare terminis meis, & po-*
*i vectem & oſtia, & dixi: Usque huc venies,*
*non procedes amplius, & hic confringes tumen-*
*fluctus tuos.*

Sed ſciendum eſt, ſapientiſſimum il-
m architectum feciſſe, non quidem ſolius
rræ globum (hic enim neceſſariò aut in-
ataret, aut ſub aqua totus mergeretur) ſed
terra & aqua globum unicum: cujus cen-
um, mundi etiam centrum eſt: non ita, ut
uſdem globi medietas altera, aut pars ter-
a terræ ſit, reliquum aquæ: (ita enim et-
im mergeretur terra ſub aqua) ſed terra &
qua ita ſe contineant mutuò, ut utriusque
t idem centrum, quod & totius mundi.
d verò fit, terrâ integrum globum red-
ente, non ſolidum illum quidem, ſed ma-
ima parte interiùs & ad ſuperficiem ca-
um, ampliſſimasq; illas cavitates replente
qua: & ita tamen, ut neque abſorberetur
a aquæ moles, neque redundans inunda-
terram; ſed tantum ejus relinqueret de-
um, quantum ipſi rerum Opifici vi-
m eſt. quo fit, ut terræ facies & maris,

ejusdem globi ſint ſuperficies : & quia ut
usque extremitates ejusdem ſphæræ par
ſunt, neutra ſuperſtet aut ſubſtet alteri: qu
pluribus diſputat Franciſc. Valleſius *lib. ſ*
*gulari de ſacra Philoſophia cap. 1. & 52.* quem
brum non ad opinionem, ſed ad veritatem
ſcripſiſſe, ipſemet in præfatione teſtatur. I
ſi cum Hiobo quæras, ſuper quo baſes il
*Baſes terræ.* fundatæ ſint? dicam, Baſes terræ, eſſe ipſa
ræ fundamenta : quæ ut ex nihilo eff
ſunt, ita & ſuper nihilo ſolidata.

Nam quod columnas terræ confirm
ſe Dominus ait, *Pſalm. 74. v. 4.* iis non
lanticæ poëtarum columnæ intelligun
ſed hæ verbi DEI, virtute ſuâ omnia p
tantis: ut tantæ molis pondus divinæ pot
tiæ manibus ſuſtentari intelligatur. quem
modum commodè exponit Ambroſius in
*Hexamer. cap. 6.*

*Terra in mũdi medio, & rotunda.* Terram autem in mundi medio ita
tam, ut ejus centrum, totius quoque mu
ſit; atq; ita rotundam, ut omnes extremi
tis ejus partes æquè à centro diſtent, & t
terra æquè ab omnibus cœli lateribus, a
Mundi opifex à polo ad polum lineam
tendiſſet, & medio lineæ puncto alliga
terræ medium, eamque circino quodam
tundam feciſſet : Id non Plato tantùm a

ma

madvertit, in Timæo ita ſcribens; *Terram altricem noſtram, circa polum per univerſum extenſum circumvolutam, diei noctisq́; effectricem & cuſtodem eſſe voluit:* Sed & Hiobum id ſignificaſſe dubitandum non eſt, cùm quærit, *quis lineam ſuper terrã tetenderit? cap. 38. verſ. 5.* ut ita, qui ſub Antarctico polo degunt, Chriſtianos nihil neceſſum ſit de reditu in patriam adeò eſſe ſolicitos: cùm certum ſit, æquè propinquam eſſe Americæ cœlum, atque Europæ, Aſiæ aut Africæ; dummodo veram ſibi patriam in cœlo conſtitutam credant, cum *Anaxagora* illo Clazomenio: qui cùm Lampſaci procul à patria aliquando objurgaretur, quòd Reipublicæ & patriæ curam negligeret, vir alioquin generis gloriâ & fortunis clarus: *Imò*, inquit, digitum in cœlum intendens, *ingens mihi patriæ cura eſt.* Namq; cœli ſummi laribus animi immortalis ſedem ponebat: nõ ſecus atq; *Pherecydes* ille, Pythagoræ magiſter, qui animos hominum ſempiternos, atque immortalem animam in Græcia primus, Servio Tullio Romanis imperante docuit, & præfractè adſeveravit è Philoſophis. Quæ ſententia jam olim etiam apud Magos, quorum præcepta nobiles quosq; Philoſophos oblectarunt, in Ægypto & Perſia; ut & apud Indos obtinuerat.

*Cœlum Americæ.*

*Anaxagoras*

*Cœlum vera patria.*

*Pherecydes animam immortalem ſtatuit.*

*Brachmanes* *Brachmanum* enim, qui Indorum Philo-
ſunt, placitum fuiſſe legimus: Vitam pr-
tem credi oportere, veluti conceptum
lem: Mortem verò, egreſſum ad vera-
cemq́, iis vitam, qui rectè fuerant Ph-
*Theopompus* phia imbuti. Et *Theopompus* octavo Phi-
corum libro, juxta Magorum ſent-
ſcriptum reliquit, Revicturos aliquan-
mines, immortaleſq́; futuros. Ex quo n-
*Democritus à Plinio riſus.* ſe arbitror, ut *Democritus* homines ſu-
iri à morte ſtatuerit, nimium ſalsè, n-
ſceleſtè à Plinio eo nomine deriſus, qui-
dum ipſe revixerit. *lib. 7. cap. 55.* Sed q-
ipſum fide ſibi non perſuaſit, diſcet e-
mento, quando Chriſtus judicatum O-
terrarum venerit, majeſtate incredib-
corus: ut Stephanus Forcatulus piè n-
*libro 1. de Imp. & Phil. Gallor.*

Cæterùm etſi oſtenſum jam fuit,
*Novus orbis an ſit habitabilis, dubitatur.* lum quaqua verſum devexum, undiq;
rum orbem, tanquam pilam in medio
ſtitutam concludere: non continuò t-
inde conſequitur, loca illa ſub Antarcti-
ta polo, quæ novi Orbis appellatione
1. cupantur, eſſe habitabilia. Nam & ad p-
Antarcticum mare quaqua verſum eſſ-
fuſum, neq; uſpiam terræ locũ reliqu-
2. ut maximè terram ibi eſſe concedamus,
lam tamen rationẽ pati, ut, cùm ex uno

mine procreati ſint homines, illorũ aliqui, finito Oceano trajecto, ad obverſas terræ artes cõmeârint. tũ etiãſi immenſa illa Oceai vaſtitas nõ obſtaret, Mediã tamẽ illã regionem, eandemq; maximã & longiſſimã Zoã, duobus ſolſtitialibus circulis cõprehenm, quã *Torridam* vulgò appellamus, ab hominibus incoli nõ poſſe, propter æſtivos perpetuosq; ardores, ex Solis ꝓpinquitate eam nem regionẽ adurentes, & pabuli aquamq; impotentem efficientes. 3. deniq; ridiculum & abſurdũ eſſe, Antichthones nobis ꝯtraria veſtigia obvertere, atq; ita illos pendulos aſſerere. 4. Quarũ opinionũ prima & ſecunda Auguſtini eſt; tertia Ariſtotelis, quam Virgilius & Plinius amplexi ſunt; quarta, actãtii. Nullam tamẽ illarum ſatis firmã eſpaucis oſtendemus. Quod igitur Marcilid undiq; diffusũ attinet, quæ prima adveris Novi Orbis incolas, ſive aſſertores horũ fferebatur ratio: Non attendunt, inquit uguſt. *lib. 16. de Civit. Dei. cap. 9.* etiamſi figurâ onglobatâ & rotũdâ Mundus eſſe credatur, „ ve aliqua ratione mõſtretur; non tamẽ eſſe „ onſequens, ut etiam ex illa parte ab aquarũ „ gerie nuda ſit terra. Rectè prorſus. Non „ illud ex mundi rotunditate conſequi. Sed tamen neque contrarium demonatur ratione. & hoc jam tandem experien-

**Reſponſio ad 1. dubitat.**

tia ipſa patefecit. Etſi enim globi iſtius, c
ex terra & aqua conſtitui diximus,
maximam partem Aquæ obtinent : t
ita viciſſim Terræ cedunt, ut non tota
congeries hinc, tota illarum inde ſe te
ſed mutuis excurſionibus ſeſe per o
complectantur. Unde Dionyſius Co
graphus Univerſam terram eſſe quide
cebat inſulam, Oceano undique co
tam : (quemadmodum & Orpheus (
num in ambitu terræ circumductum a
laudans

*Circulum indefeſſi pulchrè fluentis Oce*

ſed ejusmodi tamen coronatam Ocean
ſimiliter novas ſubinde pariat inſulas:
rum aliæ atque aliæ cùm Majorum no
rum, tum etiam noſtrâ memoriâ fueru
tectæ ; ne non eſſet verum Senecæ vat
um, in Medea :

*——— Venient annis*
*Secula ſeris, quibus Oceanus*
*Vincula rerum laxet, & ingens*
*Pateat tellus, Tiphisq; novos*
*Detegat Orbes, nec ſit terris*
*Ultima Thule.*

*Reſp. ad ... dubitat.* Sed venio ad alterum Auguſtini
mentum, hoc eſt, Oceani immenſita
qua deterritum eum eſſe video, quo m
ſhu

…num genus ad hunc alterum orbem …jicere potuiſſe exiſtimârit. Sic enim *libro* … *de Civitate Dei. cap. 9.* Quod verò, ait, & „ …tipodas eſſe fabulantur, id eſt, à contra- „ … parte terræ, ubi Sol oritur, quando occi- „ … nobis, adverſa pedibus noſtris calcare ve- „ …gia; nulla ratione credendum eſt. Et poſt- … Nimisque abſurdum eſt, ut dicatur, ali- … homines ex hac in illam partem, Ocea- „ … immenſitate trajectâ, navigare & perve- … potuiſſe, ut etiam illic ex uno illo primo …mine genus inſtitueretur humanum. To- … igitur Auguſtini difficultas in Oceani im- …enſitate conſiſtit. Sanè, uti ex uno factum … omne hominum genus, ſacris literis e- …cti indubitanter credimus, *Actorum 17.* … quomodo, aut qua via, quóve duce gens …dorum innumerabilis ex Aſia, aut Europa … loca illa penetraverit, meritò & admira- …ur, & quærimus. Nam neque alteram …oæ Arcam eò appuliſſe cogitare poſſumus; …eque Angelum quempiam, ut olim Aba- …c Prophetam ex Palæſtina in Babyloni- … ; ſuſpenſos per aëra transvexiſſe Indiæ … progenitores. Non enim quid Deus …erit, quæritur; ſed quid rerum humana- … ratio atque ordo patiatur. Multò verò …s aut Ganymedis aquilam, aut Perſei

equum alatum, & quæ præterea Poëta commenta ſunt, huc lubet adducere. Va eſt, ut uno ex tribus modo genus Indo ad Americam veniſſe dicamus. Autem terreſtri itinere, aut maritimo ventum & maritimum quidem vel fortuitò pe potuit, vel certo conſilio & ratione: ho aut vi tempeſtatis & Oceani, præter ſpe alterum orbem appulerunt primi habita res; aut ſtudio nova quærendi Naviga nem còdirexerunt. Qua ratione autem quo ex iſtis modis cùm homines, tùm e beſtiæ & pecudes ad Novum illum Or pervenire potuerint, id doctè & elega explicatum habes apud Joſephum à C *libro. 1. de Natura Novi Orbis, cap. 19. & 21.*

*Reſp. ad 3. dubitat.*

Tertia cauſſa fuit, cur Veterum op one ad alterum iſtum orbem non pat acceſſus, quòd præter Oceani vaſtita cœlum ipſum obſtaret Solaris Zonæ in cabili æſtu, quo ab eo itinere, vel mari, terrâ conficiendo, audaciſſimum quem compeſceret. Ideò enim torridam Zonam, ſive regionem mediam Ariſto *2. Meteoror. cap. 5.* prorſus inhabitab aſſerit, quòd calore exuratur propter vicinitatem, quòdque pabulis & aquâ ca

Q

...quam ſententiam & Plinius ſequutus eſt, ...dum *lib. 2. cap. 68.* ſcribit: Lux media terrarum, qua Solis orbita eſt, exuſta flammis, & cremata cominùs vapore torretur. Circa quam duæ tantùm inter exuſtam & rigentes temperantur, hæq; ipſæ inter ſe non perviæ propter incendium ſideris. Quò pertinet ille de torrida Zona Ovidii verſiculus, ...*Mearum.*

*Quarum quæ media eſt, non eſt habitabi-* ...*æſtu.* Id quod ſignificantiùs expreſſit ...irgil. *in Georgic.*

*Quinq; tenent Cœlum Zonæ, quarum una coruſco*
*Semper Sole rubens, & torrida ſemper ab igni,*
*Quam circùm extremæ dextrâ lævâq; trahuntur,*
*Cœruleâ glacie concretæ, atque imbribus atris.*
*Has inter, mediamq;, duæ mortalibus ægris*
*Munere conceſſæ Divûm.*

Quam univerſam diſputationem, Pro...us Grammaticus auctor eſt, Virgilium ...nſtuliſſe ab Eratoſthene Cyrenæo: cujus ...er eſt hexametris verſibus ſcriptus, qui ...mes, ſive *Mercurius* inſcribitur. Eos Era...ſthenicos verſus Græcos, ex Heraclidis

Pontici libro de Allegoriis Homericis la-
tinè reddidit Hadrianus Junius, Medic
philologus clariſſimus, *libro 3. Animad*
*ſor. cap. 5.*

*Circùm hunc funduntur Zonæ quincu*
*cis orbes,*
*Glaucum ex his ſuperant cyanum nig*
*bini,*
*Torrida Zona una eſt, ſabuloſaq; tota*
*bentem*
*Quam radii flammis feriunt Hyp*
*acres*
*Continuis, recto & ſubjectam tram*
*rent.*
*At geminæ cœlo diductæ utrinque re*
*vi*
*Imbribus uſque madent, glaciali aut*
*torpent.*

Ex quibus tandem de ea, quam
mus, Antiquorum ratione conſtat, cu
diam illam regionem incultã atq; inha
bilem putârint. Quia enim æſtivos ca
etiam longè adhuc à Solſtitiali circul
ſiti, videbant ſe vix ferre poſſe: optima
ne concludebant, ſi tam propinquum
rent Solem, ut directò illius radiis fer
tur, idq; per totum propemodum an

iturum eſſe omninò, ut ſummis perpetuiſque ardoribus abſumeretur genus omne mortalium. Quam concluſionem & nos non Phyſicâ tantùm, ſed & Mathematicâ demõſtrationem hodie quoque exiſtimaremus, niſi ab iis, qui Novum illum orbem permearunt, contrarium didiciſſemus. Namq; ut ab ipſis unanimi conſenſu relatum video, Novi iſtius orbis longè maxima pars, ac frequentiſſimè habitata, intra utrumque Tropicum continetur. eadem & pabulis, & aquâ ipſa omnes orbis terrarum regiones abundat, atque plurima ex parte temperatiſſima eſt: ut gloriari meritò poſſe videamur, quòd ætatis noſtræ felicitate duo hæc miracula fuerint detecta; immenſi ſcilicet Oceani certa trajectio, & torridæ Zonæ ſuaviſſima habitatio.

Illa verò Lactantii, quæ quarto loco afferebatur opinio, è trivio petita, & viro docto indigna eſt: qua Philoſophos, qui cœlum undique devexum, terramq; in medio ſicuti pilam concluſam aſſerebant, irridens ſcribit, *lib. 7. Divinarum Inſtitut. cap. 23.* Qui eſſe contrarios veſtigiis noſtris Antipodas » putant, num aliquid loquuntur? aut eſt quiſ- » quam tam ineptus, qui credat eſſe homi- » nes, quorum veſtigia ſint ſuperiora, quàm

*Reſp. ad 4. dubitat.*

„ capita; aut ibi, quæ apud nos jacent, pe-
„ re? fruges & arbores deorſum verſus cr-
„ re? pluvias, & nives, & grandinem ſur-
„ verſus cadere in terram? Et paulò pòſt A-
*Lactantius notatus.* pòdas iſtos *pendulos* appellat. Sed accid-
ctantio, quod omnibus, qui reprehen-
libidine trahuntur, ut verum non pe-
ant. Quemadmodum enim in animan-
quamvis aliis aliter ſitum ſit caput; aliis
dem ſupernè, ut hominibus; aliis obver-
ut quadrupedibus; aliis medium, ut po-
& aranco; in omnibus tamen caput
premum: Ita & cœlum, ubicunque ſit,
pernum eſt; Terra ſemper inferna. I-
& Auguſtinus ſibi nonnihil cōtrarius a-
ſcere videtur, dum *lib. Categoriar. cap. 10.*
teres, ait, undequaq; verſum aſſerere, te-
eſſe ſubter; cœlum ſuper. Nam & An-
des noſtri, inquit, qui nobis dicuntur
adverſa veſtigia, cœlum ſuper ſe habent.
magiſtrâ docemur experientiâ, Eos qui
trariam Aſiæ incolunt partem, etſi An-
des ſunt, neq; tamen pendulos ſe cerne-
que veſtigia ipſis eſſe ſuperiora, quàm ca-
neq; etiam fruges & arbores aliorſum cr-
re; neq; nives aut imbres aliter cadere, q-
in Europa fieri ſoleat.

Jam quod ex Paulo ſuprà adduxit C-
ſo-

ſtomus, cœlum vocari tabernaculũ, quod eus fixerit, *ad Hebræos 8.* id non hunc ha- ſenſum, ut terram more tentorii una ntùm ex parte, atq; in ea immotum id o- riat: ſed quòd Apoſtolus, veteris taber- iculi ſimilitudinem pertractans, doceat i- idem, Novi teſtamenti tabernaculum eſſe elum, in quod ſummus ſacerdos Chriſtus ſuo ſanguine ſemel introierit. quod tan- m præſtet veteri, quantum inter hujus au- orem, Deum; & illius, hominem intereſt. eq; verò ſimilia, aut parabolas, aut allego- as neceſſum eſt omni ex latere quadrare: alibi idem Chryſoſtomus monuit. Sic ud Pſalmi 104. *Extendit cœlum ſicut pel- lem* non tam cœli figuram, quàm facilita- m fabricandi indicat: ut tam facile DEO erit immenſum cœlum efficere, quàm cile nobis pellem complicatam exten- re. quemadmodum ex Auguſtino reſpon- t Joſephus à Coſta *lib. 1. de Natura novi rbis cap. 4.* quanquam etiam dici poteſt, illo alſmi dicto, (cum quo id quod ex Eſaiæ *cap.* *verſ. 22.* adduximus, planè convenit) finem eli explicari: quod propterea ita à DEO t ... ſuperjectum & ſuperextenſum dica- ... tum ut commodiùs ſub eo, tanquam pulcherrimo & latiſſimo tecto homines ... arẽt: tum etiam, ut hoc quaſi velo quo-

*Cœlum, cur tabernaculũ fixum.*

*Cur inſtar pellis extenſum.*

dam oculis objecto, homines arceantur, in myſteria & arcana illa divina altius & c[...] rioſius penetrent atq; inquirant: ex docti[...] ſima interpretatione Lamberti Danæi, *pri[...] parte Phyſic. Chriſtian. cap 13.*

Oſtendimus hactenus, cœlum undi[...] devexum eſſe, & Univerſum terrarum or[...] inſtar pilæ ambitu ſuo complecti; refuta[...] cùm Auguſtini & Lactantii, ultra Cancri ci[...] culum hominum genus eſſe negantiũ; tù[...] etiam Ariſtotelis & Plinii ſententiâ, q[...] homines, ſi qui ibi eſſent, intra mediæ regi[...] nis terminos non poſſe conſiſtere aſſeru[...] runt: cũ contrà Recentiorũ obſervationib[...] deprehenſum ſit, partes illas Orbis, quas An[...] tiqui inhabitabiles judicabant, non ſolù[...] eſſe habitabiles, ſed & commodè habita[...] muniente Naturâ incolarum corpora adv[...] ſus caloris vehementiam & frigoris inte[...] periem: neq; rurſus omnia pontum aut O[...] ceanum patrem vaſto maris fluxu atque re[...] fluxu agere aut implere. quandoquidem te[...] rarum longè maxima pars, Aſiæ & Afric[...] objecta laterib⁹, Hiſpanorum & Luſitanorũ paupertatis odio nihil invium in mari reli[...] quentium, navigationibus fuerit detect[...] quando avorum noſtrorum memoriâ an[...] nuis claſſibus Orientem & Occidentem pe[...]

gati, inſinuatiq́; terris incognitis, ple-
iorem harum rerum notitiam, vacuum-
ue Antiquorum opinione Occidentem in-
entibus terris habitatum retulêre: ut jam
einceps Quadripartitò divisâ Univerſi ma-
uinà, Occidentem maximis opulentiſſi-
isq́; populis decoratum noſtra ætas con-
iciat: Cui tantum ab utroque Æquatoris
tere terrarum obvenit, ut ob immenſam
incredibilem magnitudinem, unanimi
eographorum & Hydrographorum no-
ri têporis conſenſu, America hodiè quar-
totius Orbis, imò maxima terrarum pars *America, quarta Orbis pars.*
eputetur: quando in utroq; polo incipiat,
ut finiatur, & ſecundùm longitudinem ad
ltimum uſque Occidentis limitem pertin-
at, Aſiamq́; intercedentibus tantùm Ania-
i freti anguſtiis, & interjacente Japonum
nſulâ contingat: ut videre eſt apud Corne-
um VVytfliet, Secretarium Regium in Se-
atu Brabantiæ, *in Deſcriptionis Ptolomaicæ*
*Augmento, ſive Occidentis Notitia.*

Sed utrum ante noſtram ætatem ejus
ei, ſub alio ſaltem nomine, notitia exſtite-
it, à multis accuratè quæſitum video. Nam
onſtri quodammodò ſimile videri, alterū
llum Orbem & tantum eſſe, & antiquos tot
ecula latuiſſe. Sunt igitur, qui incognitas

haſce terras à Platone in Timæo, ſub nom
ne *Atlantidis inſulæ*, tota Aſia atque Afri
*Atlanticæ inſulæ.*
majoris, deſcriptas eſſe autumant. Si eni
Atlantis illa totâ Aſiâ & Lybiâ ſimul maj
erat, ut apud Platonem vult Critias: non
ſe dubium, quin totum penè Atlanticum O
ceanum uſque ad Inſulas Novi Orbis occ
pârit. Ingenti autem diluvio Atlantid
ſubverſam olim, pelagus illud cœno & ſc
pulis innavigabile reliquiſſe. tale enim f
iſſe ſua ætate Plato refert. Mox verò tem
pore procedente, illius Magnæ Inſulæ ru
nas conſediſſe, ac navigabilem pontum pr
buiſſe. Ita enim iſtum Platonis locum
jam Theodorus Zuingerus intelligere vid
tur, *libr. 1. Theatri vitæ human.* dum Atlant
cam inſulam exiſtimat eſſe Novum Orbe
ab Americo Veſpucio inventum. Nec d
ſunt, qui Phœnices, & Carthaginenſes pl
minus bis mille annos, ante Veſpucium
*Phœnicum, & Carthaginenſium navigatio.*
alios Regum Portugalliæ naucleros, per ma
re Atlanticum etiam ultra Fortunatas inſu
las, ad Novum hunc Orbem navigaſſe di
cant. Nam & Plinius memoriæ prodidit
Hannonem Carthaginenſium ducem à Ga
dibus ad finem usq; Arabiæ circumvectum
eamq; navigationē prodidiſſe ſcripto *lib. 2*
*67.* Quod ſi verum eſt, quicquid hodiè Lu
ſitani immenſa ſua navigatione, bis Æqu

ſtiali ſuperatâ, Occani conficiunt, Hanno emenſus ſit, neceſſe eſt. Et Corneli' Nes auctor eſt, Eudoxum quendam, cū Layrum Regem fugeret, Arabico ſinu egreſm Gades uſque pervectum, idq; ſua ætate. d & Ariſtoteles, *de Mirab. audit.* retulit, In lago ultra columnas Herculis, repertam à rthaginenſib. ventorum vi abreptis, nová andam regionem ſive inſulam, à Gadibus ltorum dierum navigatione diſtantem, minibus navigabilibus irriguam, omniriis arborum fructibus frugiferá & amœm. Cumq; ad ſuos illi reverſi, Carthaginſibus cognoſcendæ ejus rei ſtudiū, quip fœcunditatis frugū illecebrâ captis exciſſent; Majorum decreto inveſtigationem m fuiſſe cohibitam, & mortis ſupplicio acſſum ejus vetitū: ne novarum rerū occaſie Carthaginis gloria & celebritas obſfuretur: quandoquidem excuſſo tandē donatu rebellionē illic populi vererentur, & tuerent, ne Carthaginis opes collaberen r; loci illius convaleſcerent. Qua de re plubus diſputat eruditiſſimus Medicus Johan. ngius Epiſtol. Med. *lib. 1. epiſt. 63.* quę in poema quidē editione (prima enim quæ an 1554. typis vulgata eſt, inſcriptione caret) ſcripta eſt *Michaëli VVirth JCto.* quem eunm eſſe puto, qui *libro 3. Epiſt. 3.* J. U. D. & Michaël VVirth JC.

Cancellarius Coburgenſis indigitatur. C
terùm genuinam & non adſcititiam eſſe
ſcriptionem illam.

Epiſtola Langiana inſcriptio notata.

*Nec pueri credunt, niſi qui nondum lavantur*: ut illum Juvenalis *Satyr.2.* ve
culum hîc uſurpem. Nam & Gerald
quendam Langius Epiſtola illa 63. aliqu
es compellat: & quidem eum, qui ſacris
pollineæ, h.e. Medicæ artis præclarè ini
tus inſtituerat tum temporis, quod erat
ca annum 1542. proficiſci in Calecuth, c
berrimum totius Aſiæ & Orientis empo
Ergò ut nomine, ita & ſtudii genere di
ſus à Michaële fuit Geraldus. Quid e
commune cum Geraldo habeat Mich
quid cum Medico Jureconſultus? quid c
peregrinante, & tot exteras ac tam lo
diſſitas regiones perluſtrante, is, quem e
patriam non admodum multarum Cam
narum ſonum exaudiviſſe opinor? qu
quam ridiculus ſum, qui his refellendis
morer longiùs: cum, commentitiam eſſe
ſcriptionem illam, vel temporis dictitet
tio. Nam cùm ſcriberet hanc epiſto
Langius, quinquaginta jam anni poſt
ſpucii navigationem in Novas illas Am
ci orbis inſulas interceſſerāt: quam ipſe
communi omnium conſenſu ait ſuſcep

fu

ſe, anno à Chriſto ex Deipara Virgine
o 1497. Cui annorum numero ſi quin-
ginta illos addas, provenient utiq; anni
47. A quo tempore uſque ad præſentem
nc annum Milleſimum Sexcenteſimum
undum, anni intervenerunt quinquagin-
quinque: quibus & Jureconſulti & Can-
arii munere functum eſſe oportet Mi-
ëlem noſtrum. Quod nec ipſa quidem
ho mihi, aut alii cordato viro, cui juxta
utum aceto ſit cor acre in pectore, un-
am herclè perſuaſerit. niſi fortè putan-
m ſit, Langium ex divinandi ſcientia, qua
um ob tantoperè commendatum Magiæ
dium polluiſſe, vero non eſt abſimile,
ſagire potuiſſe, fore nimirum, ut talibus
quando honorum titulis inſigniretur Mi-
ël: ideoq; dubitaſſe minùs, Eum vel è
nis quoq; Cancellarium ſalutare. quem-
modũ & Johannem Baptiſtam, utero ma-
no etiamnum concluſum, præcurſorem
omini appellatum legimus.

Sed miſſis id genus Ambitioſorum in- *Platonis lo-*
liis, inſtitutum repeto. Quæ igitur de *cus de At-*
lantide inſula Plato ſcripſit, ea aut fabulo- *lantide ex-*
ſunt: cùm præſertim à Critia puero in- *plicatus.*
cantilenas eam narrationem auditam fa- I.
tur: quod enim pelagus (ut alia multa

præteream) tantam terræ molem Aſia atq;
Africa majorē, & quæ uſq; ad Novum hu
Orbē pertingeret, abſorbere potuerit? ita
nulla exſtent veſtigia, ut ne bolidis quid
jactu Nautæ infinitum hodie fundum in
niant aliquē? Aut certè per picturam & p
4. rabolam, ad Civitatis & felicitatē & exiti
oſtendendū Philoſophicè introducta ſu
ut Joſephus à Coſta putavit. *lib. 1. de Natur.*
*vi orbis, cap. 22.* Aut ſi hiſtoricè ſcripſit Pla
5. probabile profectò eſt, cū de Atlanticæ ſu
merſione loquitur, cum non de aliqua p
ticularium terrarum inundatione, ſed
generali cataclyſmo agere: ut rectè & l
monuit Auguſt. Eugubin. *lib. 7. cap. 5. peren*
*Philoſophiæ.* Jam quòd Carthaginenſes qui
dicunt ante annos bis mille extra Hercul
columnas progreſſos, ad novas illas ter
delatos fuiſſe: id qua ratione evincant, n
video. Etſi enim apud veteres aliquam ex
tiſſe Novi orbis notitiā, nō inviti largim
id tamen de Orientali, quā vocant, India,
aurea Cherſoneſo, de Cori promontorio,
celebrata illa Taprobane, quam hodie *Su*
*matram* dicunt, accipiendum eſſe, idē Co
docuit *cap. 11.* cùm de Occidentali India, q
de agimus, ſive America, vix aliquid mon
mentis antiquorum conſignatum, inven

*Carthaginēſes ad Occidentem, ſive Americam nō perveniſſe, probatur.*

licet

eat:& indubitatum ſit, Carthaginenſium
vigationem non ad Occidentem, ſed ad
ultrum fuiſſe directam: ſicuti ſcriptum re-
quit Cornelius VVytfliet *in Deſcriptionis*
*olomaica augmento*, *fol. 13.* illud etiam *fol. 96.*
jiciens, Carthaginenſes ad has Occidentis
e Americæ terras delatos fuiſſe, neq; cre-
bile eſſe, neq; veritatis apparentiam habe-
: propter viæ longinquitatem, & ingen-
n proceilloſi æquoris à Continente diſtan-
m: cùm neq; triremibus, neq; minoribus
vigiis eò transfretari potuiſſe certum ſit.
qui Veteres ſine remis nuſquam naviga-
ſolitos, quòd oras ferè terrarum legerent,
i docti ſentiunt. Id quod & divina ſcriptu-
inſinuat in longa illa navigatione à Jona
cepta: ubi ad terram Nautas tempeſtate
mpulſos remigaſſe narrat. Hinc eſt, quòd
omoniam illam claſſem, quam Sacrorum
rorum annales *Regum 3. cap. 9. & 10.* in O-
ir & Tharſis miſſam, aurum & argentum
n lignis Thyinis, ebore, ſimiis, & pavis
uliſſe referunt, non in Occidentalem In-
m, ſed Orientalem vela intendiſſe, mul-
ſe magniſq; argumentis duci Cornelius
Vytfliet exiſtimat, *loco paulè antè citato.*
æterquam enim quòd neque ligna Thyi-
neque ebur ex America hactenus alla-

*Veterum navigatio non abſq; remis.*

*Salomonis claſſis an ad novum hunc orbem delata fuerit.*

*Negatur.*

ta memorentur; terra Ophir ſic dicta p
hibetur ab Ophir filio Jectan, cujus *Geneſ.*
*v.29.* fit mentio. qui, ut Joſephus *lib. 1.* *A*
*tiquitatum Judaicar cap. 14.* teſtatur, ſedem
Oriente conſtituit: quam regionem à S
riæ finibus uſque ad Coſmum Indiæ fluvi
longè lateque extendi, & auri ditiſſimam
iſſe perhibent. Unde aurum Ophir, ſ
Opham, ſive Ophirizum, quaſi dicas Ob
ſum, celebratur, quòd ad alterius regio
aurum collatum (ſeptem enim apud H
bræos auri ſunt genera vel vocabula, qua
cenſuit Jo. Druſus *lib. 4. Obſervat. cap. 15.*)
ritate vincat, & principem locum ten
Inde Hebræis *Ophir*, per translation
quamcunque auriferam regionem deſig
re cœpit, ad ſimilitudinem Jectanæ regio
quæ puri obriſique auri fertiliſſima eſſe
ditur. Quapropter veriſimilius eſt, Salo
niam claſſem ad terram Ophir demiſſam
Taprobanem, Malacham, auream Cherſo
ſum, aliaſque Orientis auriferas terras n
gaſſe. Nam Taprobanē olim aureā Cherſo
ſum à quibusdam auctoribus; ab aliis ver
phir dictam, ex qua Salomon opum ſua
magnitudinem impleſſet, etiam Johan. L
ſchoten tradidit *in Navigatione India Or*
*ent. cap. 19.* Nec probabile valdè eſt, ut n

*Aurum Ophir.*

*Ophir, quæcunq; aurifera regio.*

*Taprobane.*

a Orientali India ditiſſima, ad extremam
ccidentalem Salomon per tot ſpaciorum
illia claſſem mitteret; ad eam præſertim
rram, cujus nullam habere notitiam per
ontinentem potuerit. Nam noſtrę naviga-
nis artem & methodum veteribus planè
iſſe ignotam, vel unica documéto eſſe po-
t pyxidicula nautica, noſtro hoc ſeculo ad-
venta: de qua peculiari capite erit diſſe-
ndi locus. Sed & ex præallegato *cap. 9.*
*3. Regum*, apertè convincitur, Salomonias
ves in Orientem fuiſſe deſtinatas: quando
umæo in litore, ſive Aſiogabar maris ru-
maritima Civitate, claſſem hanc adorna-
n, & ſtationem habuiſſe, in eamque Tyri-
Sidoniosque nautas, ſiderum obſervatio-
gnaros maris à Rege Hyram cooptatos,
Salomoni tranſmiſſos fuiſſe, diſertè illic
eratur. Quòd ſi in Occidentem navi-
io parabatur: nihil opus erat Tyrios Si-
niosq; naucleros per immenſa terrarum
tia requirere; ſed in Tyrio aut Sidonio
rte deduci inſtruiq; poterat claſſis, & rectè
fretum Herculeum, flexisq; dehinc mo-
è ad ſiniſtram velis, continuis Orientis
bus in Hiſpaniolam, aliasque circumja-
tes aurarias auriferasq; terras dirigi. Nec
vere quem debet, quòd Joſephus, in lito-

re Tharſico Iſraëliticam hanc claſſem ad
natam fuiſſe referens, videatur indicare,
Occidentem navigationem factam eſ
quia mare Tharſis ad Judææ occiduum
tus & Mediterraneum mare vergat: uti
rè demonſtratur ex fuga Jonæ Proph
qui anchoram ex portu Joppenſi in O
dentem prono ſolvens, fugit à facie Do
ni in Tharſis. Inde enim non efficitur, O
ciduum illam mare tenuiſſe, aut ſulcaſſe,
*Tharſis* hìc neque ad Ciliciæ maritimam
vitatem refertur (quæ *Tarſus* alioqui p
priè dicitur, & ſine aſpiratione ſcribitu
profertur) aut alterius cujusvis regionis
rarum partem denotat; ſed Hebræorum
fuſo & indefinito loquendi more, pro n
ne ſubjecti, aut Mare immenſum, aut p
cul à noſtro orbe remotas diſſitasq; re
nes ſignificat; nullâ factâ diſtinctione
Ortum an ad Occaſum, à Septentrione
Auſtrum, aut ab Auſtro in Septentrio
vergant: haud aliter atque noſtris hiſce te
poribus disjectas longè à noſtro Climate
giones, Indiarum nomine deſignamus.
ſenſu verum eſt, Salomonis claſſem in li
Tharſico conſtitiſſe, & in Tharſis & te
Ophir, Orientem verſus navigaſſe: Ve
quoque eſt, Jonam Occidentem verſu

*Iona fuga in Tharſis.*

*Tharſis quid Hebræis denotet.*

Jo

...pe in Tharſis profugiſſe. Nam utroque ...o, generico nomine, immenſa maria, & ...iones remotæ ſignificantur. Quibus pla... conſentanea ſcripſit Joſephus à Coſta *d.* *...primo, c. 11. 13. 14. & 18.* quibus addenda ſunt, ... de Tharſi, & Tarſo Ciliciæ civitate, & ... ſcriptis tradidit J. Druſus *lib. 3. Ob... cap. 13. & lib. 6. cap. 3. & lib. 9. cap. 12.*

Ex his itaque, quæ diximus, rectè con...ditur, totum iſtum terræ tractum Occi...ntalem, quem Novum Orbem vocamus, ...eribus incognitum in ſecreto divinæ mẽ...latuiſſe, & ad annum uſq; à nato Chriſto ...leſimum quadringenteſimum, nonage...um ſecundum reſervatum. quo tempore ...riſtophorus Coloneus (vulgò Columbus ...tur) Genuenſis, de voluntate Portugal... Regum è Gadibus ſolvens, & ſe ventis ac ...unæ cõmittens, ingentẽ inſulam Hayti, ...m Hiſpaniolam vocavit, primùm dete... mox ſecunda navigatione Dominicam, ...umque Antillarum archipelagus; tertia ...nde navigatione Pariam & Cubaguã in...it: poſtmodum Fonduram, & Occiden... Indiæ Iſthmum attigit; celebratiſſimus Hiſpaniæ thalaſſiarcha, ſive *Admiralius.* ... vox & dignitas primùm Gallica fuit, la...mè deinde à variis populis uſurpata pro

*Novus Orbis quando retectus.*

*Chriſtophori Columbi navigatio.*

1.

2.

3.

4.

*Admiralii vox.*

eo illuſtri præfecto, cui maris imperium
litorum à Rege concreditum eſt: qui cla
& navalia curat, uti ſarta tecta ſint, & ut
armata reparētur, néve remigibus aut co
meatu egeant, utque piratæ arceantur,
fugentur. Nomen ſub divo Auguſto
inventum didicimus, & ab ipſomet app
batum: tametſi novata verba non min
quàm ſcopulum marinum ſe refugere p
dicaret. Cùm enim ipſi aliquando Leg
is, qui Galliam adminiſtrabat, cui trans
rinarum rerum notitia multa ad cop
largitur, ut D. Julius retulit *libr. 6. de bello* G
*lico*, complures Nereidas in litore exani
apparuiſſe ſcripſiſſet, obſtupuit, maris p
tenta demiratus, atque protinus claſſi G
licæ præfectum *Admirandum* dixit. qu
quam ſunt, qui hoc Tiberio ejus ſucceſ
tribuere maluerunt, referente Steph
Forcatulo *libro 2. de Gallor. Imper. & Ph*
*ſoph.*

*Hiſpanorum avaritia notata.*

Chriſtophorum Columbum poſteà
quuti ſunt Naucleri penè infiniti, ſti
lante eos, & quidem in primis Hiſpano
cra & inſatiabili auri fame, quam ut ex
ant, annuâ hodiè navigatione ultra an
Solis vias, ad quærendum aurum, vitæ
cio commeatur, & in terræ viſcera ſæv

ſis tantùm, ſed & aliis quampluriṁis
que morbis multiplici remedio ſubve-
ideoque longè aliud eſſe quàm Karon:
tim cùm hoc, ut & alia pleraque aquæ
ent; illud autem ad fundum vergat &
at.
Plus dubietatis eſt, an Guajacum ſive *an idem cum Ebeno.*
m ſanctum idem ſit cum Ebeno. Sunt
qui hoc ita ſtatuant, moti illo Ariſto-
4. *Meteor.* ubi omne lignum in aqua
e, neq; ſubſidere ſcribit, præter Ebenū.

Atqui lignum ſanctum minimè natar
ſubſidere dicunt, non aliter, atq; Eb
Nihil ergo cauſſæ eſſe, cur non idem q
ſit, quod Ebenus; aut certè Ebeni ſpec
ctenus incognita. Sed ad iſtam Ariſt
ctoritatem reſpondet Ferrus, accipie
eam eſſe de omnibus quidem lignis, qu
ſe ſcilicet ille potuerit. At Guajacũ cu
tum aliis ad noſtram hanc ætatem fui
cognitum. quanquam neq; hanc reſp
nem ſatis tutam, ſed illis Philoſophi
aliquid deeſſe putat Antonius Gallus,
*de ligno S. non permiſcen. in præfat.* quia
xus, Ariſtoteli pulchrè exploratus, aqu
ctus, ſtatim it peſſum: & Suber detrac
tice ſidit eveſtigio: cortex tamen aqu
petuò fluitat, neq; demergitur. quã ob
verriculorũ funibus annectitur. Aſpa
item ſemel immerſus ſidit: nam põde
cedens nunquam exſiſtit. Hoccinè ig
Ariſtotelẽ ſummum virum credimus
fortè, quod Strabo memoriæ prodidi
fugiſſe dixeris, in India fluvium eſſe
(Plinius Sideritim vocat) in quo nihil
tet: quod negare dicit Ariſtotelem.

*Negatur.*

Verùm etſi pondere cum Eben
veniat Guajacum: non paucas tame
utrumq; videre eſt differentias. Diffe
E

*Guajacum differt ab Ebeno.*

us à Guajaco, colore, ſapore, odore, du-
. *Colore:* primum, quia Ebeni color niger 1. *Colore.*
uajaci nō item, niſi ipſius medulla. De-
Ebenus ad cotem trita flaveſcit. At li-
Guajacum cote levigatum, lacteo ferè
ruleum colore palleſcit. 2. *Sapore.* Non 2. *Sapore.*
adhuc deprehenſum eſt, nec à quoquā
proditum, Lignum ſanctū acri & mor-
pore eſſe: ſed in guſtu cum aliqua ad-
one amareſcere, certo cognoſcitur ex-
ento. At Ebeni ſapor eſt acris & mor-
ſte Dioſcoride *lib. 1. c. 111. 3. Odore:* quia 3. *Odore.*
is carbonibus vel prunis impoſita, ju-
& citra fumi tædiū ſuffitur, juxta Di-
dé *c. 100.* At lignum Guajacum non ſi-
ni tædio. 4. *Duritie:* non quidem pro- 4. *Duritie.*
, quòd ſi Ebenus (ut Ferrus ait) juxta
ponatur, flammam ſtatim corripiat.
d ligno ſancto accidere negat. Negat
Fabianus accendi Ebenum; uritur ta-
t diximus, odore jucundo. Dioſcori-
enum recentem ſua pinguedine ſuc-
cribit, igniq; admotā flammas agere:
continuò ſequitur, ignē citiſſimè cor-
Non etiam propterea duritie differt,
ut Ferrus dicebat, non ita maceratur
cū in aqua, cæteris paribus, quēadmo-
benus; cū tradat Avicennas, ex Ebeno

collyrium fieri. Quæ ratio, quanti ſ
menti, quis non videt? Non ita, i
maceratur,&c. Quod nihil aliud eſt,
quod à Dioſcoride *libro primo cap. III.* d
Atritâ in cote Ebeno ad oculorum c
utuntur. Num ad cotem affricari l
ſanctum non poterit? Paratur (in
dem Dioſcorides) Ebenus ad ocul
medicinam, ramẽtis, ſcobéve ejus int
cum ſua nocte diem in vino Chio ma
bus, tum diligenter conciſis, & in c
conformatis. Quidni poſſit ſimili
collyrii formam & Guajacum fing
menta ejus vino madefacta perleviga
Addit Dioſcorides: Ebeni quidam
ta & ſcobem antea trita cribrant, &
pariter faciunt: Sunt etiam qui pro
vino utantur. Quid prohibet idem
ligno fieri? Sed ideò duritie ab Eb
fert Guajacum, tum, quia faciliùs i
maceratur Ebenus, & quidem mag
fruſta per decem fortè horas: cùm
Guajacum ob pinguedinem ſuam n
24. horarum ſpacio macerari ſoleat;
Fallopius *de Morbo Gallico cap. 40.* tu
cæſa Ebenus dureſcit in lapidem,
parte lignum, parte ſaxum videatu
Guajacum non ita durum eſt: quem

Antonius Gallus ſcriptum reliquit in ta nuper Operis ſui præfatione.

Porrò ligni Guajaci uſus primùm hac ne nobis innotuit. Magnis dolori-orbi Gallici (eſt enim in India, præ-n verò *in Inſula S. Dominici*, morbus m familiaris, quàm apud nos papulæ, orbilli, neque ejus contagium magno-quis ibi reformidat) quem ab Inda mu-actus erat, Hiſpanus quidam torque-: ejus famulus Indus, in provincia ea inam faciens, aquam Guajaci ei pro-it, quæ non ſolum magnis illis crucia-eum liberavit, ſed & priſtinæ ſanitati uit. Quod exemplum alii quoque ni, eodem morbo infecti, cùm ſequuti , ſimiliter fuerunt curati. Eaque cu-ſpali mox evulgata eſt ab iis, qui ex In-dierunt: hinc per totam Hiſpaniam: e per orbem univerſum, quem hæc s occuparat. Sicque Deo viſum eſt, de manavit morbus, inde etiam reme-ejus afferretur: ſiquidem in hoc cu-o nullum medicamentum Guajaco re-tur præſtantius aut certius. Nam ſi, cet, rectè inſtituatur, atque procedat io, & ſuo tempore aqua iſta propine-ertiſſimum eſt, ei morbo ſanitatem per-

*Guajaci uſus quomodo nobis innotuerit.*

ſectam comparari, nec Recidivam cu
ti,qui colaborabat, dummodo in ide
num non ſe provolvat denuò. *Nicol. M*
*dis, in libro Simplic. Medicament. ex Nov*
*delator. cap. de Guajac.* quinimò literis
tus eſt Alphonſus Ferrus *libro 2. de Mor*
*lico.* Præter luem iſtam, alios etiam m
propè infinitos à capite usq; ad pedes,
gnum ſanctum curari poſſe: atq; illos
*pitibus* ab ipſo videas comprehenſos;
immeritò magnificam aliquam app
nem ligno huic poſſimus indere: qu
modum ab aliis factitatum videmus. N
Philon Medicus Alexipharmaca ſua, *D*
*manus* appellavit: & hodie etiamnum
ci magnâ compoſitiones ſuas jactatio
cant *Manus Chriſti, Apoſtolicon, Gra*
*Antidotum Paulinum*, & id genus ſuper
inditis vocabulis; ut Ulrichus de Hut
ques Germanus, ſcriptum reliquit,
*morbo Gallico, cap. 6.* Certè uno illo
Guajaco Portugalliæ Reges plus co
miſeris mortalibus attuliſſe Johann. L
us putat, quàm omnes illos avaritiæ cu
los, metallorum auri & argenti foſſore
*Medicin. libro primo, Epiſt. 63.*

*Ambitioſa medicamentorum nomina.*

*Vlrichus de Hutten.*

*Guajaci utilitas.*

Morbus autem iſte in hunc m
fertur propagatus. Rediens ex profe

*Morbi Hiſpanici in Euro-*

riſtophorus Columbus, quam conqui- Novi Orbis cauſſa, ut diximus, ſuſce- præter mulieres Indicas, etiam milites olim deduxit, ubi tum rex Catholicus adverſus Galliæ Regem Carolum, co- ento Magno capite, belligerans. Mili- non tam auro, quàm morbo onuſti; ex ſtupri conſuetudine cum Indis mu- us habita contraxerant (quippe qui n minùs familiaris eſt, quàm apud nos es:

pam derivatio.

*Illic namq; ferunt æterna labe per omnes*
*Id morbi regnare urbes, paſſimq; vagari*
*Perpetuo cœli vitio, atq; ignoſcere paucis.*

Syphilidis *libro 1.* cecinit Hierony- Fracaſtorius) partem mercis iis com- carunt, qui in Italicis expeditionibus ndia faciebant. Tum Hiſpani milites iſſimi, & non tam armis, quàm arte ho- offendere gnari, noctu egrediebantur, ia relinquẽtes præſidia, & puteos vene- ficiebant. Neq; ſatis hoc illis erat, ſed & piſtores adverſi exercitus precio cor- ebant, ut gypſum pani admiſcerent. q; cũ vim contagioſi mali nuper eſſent ti, & ob annonæ caritatem neceſ- eſſet, inutilem & imbellem gentem ab excludere; clam etiam ſcorta, & qui-

dem formoſiſſima, cæterùm eâdem l
quinata expulerunt. Galli mulieru
chritudine ducti, lubentiſſimè eas e
runt: Sicque evenit, ut luxuriantib
eis infrenibus juvenibus, morbus iſt
modò totum illum exercitum infecer
& per orbem univerſum fuerit deriva
que præter Nicolaum Monardis etia
briel Fallopius tradidit, *libro de mor*
*co cap. 1.* qui, ut & alii paſſim, labe
conſiſtere putant in contagione un
alium. A qua tamen ſententia Hiero
Fracaſtorius diſcedit *lib. ſecundo de morb*
*tagioſ. cap. 12.* Tametſi enim maxim
talium pars è contagione morbum
contraxit: obſervatum tamen eſt, (i
innumeros alios ſine ulla contagione
infectionem eam perpeſſos fuiſſe. Im
bile præterea fuiſſet, tam parvo tempo
tagionem, quæ per ſe ſegnis eſt, nec co
tur facilè, tantum terrarum peragraſſe,
na claſſe ad Hiſpanos primùm dela
quando conſtat, aut eodem tempore,
ferè eodem, & in Hiſpania, & in Gallia,
talia, & Germania, & tota ferè Scythia
fuiſſe. Adde, quòd prædixiſſe illam A
nomos certis antè annis, non parvum
eium eſt, aliud ſubeſſe illi principium, q

citer contagionem. Nec etiam mirum
debet, novos atque inſolitos morbos
temporibus apparere, non quidem de-
b una regione ad aliam, ſed ſuis cauſis
os. quod exemplis quibusdã demon- *Hieron. Fracaſtorius.*
Fracaſtorius: cujus tanta fuit eruditio-
æſtantia, ut nõ tantùm ad Catulli, Pli-
aliorũ civium ſuorum exemplũ, mar-
â ſtatuâ Veronæ publicè erectâ coho-
us; ſed & Aris à Joſepho Scaligero, ma-
lius Julii Cæſaris F. poſitis, immortali-
erit conſecratus. quandoquidem has
et doctus, non ſecus atq; illos Horatii
, meritò exiſtimabit.

*——monumentum ære perennius,*
*egaliq; ſitu Pyramidum altius.*
*Quod non imber edax, non Aquilo impo-*
*tens*
*Poſſit diruere, aut innumerabilis*
*Annorum ſeries, & fuga temporum.*

Morbus iſte varia ſortitus fuit nomina.
ani à Gallis exiſtimantes veniſſe conta-
, morbũ Gallicum nuncuparunt: Galli
rà Neapolitanum vocarunt, quòd Nea-
unde pretioſam hanc mercem, tanquã
victoriæ præmiũ, in Regiones ſuas de-
unt, primùm cum eo conflictari cœpe-
Germani ex Hiſpanorum contubernio

hanc ſcabiem ad ſe manâſſe videntes, H
nicã appellârunt. Alii Serpiginem Ind
& quidem propriiſſimè: cùm inde pri
hujus mali origo. Sunt quibus hic m
Paturſa dicatur, nomine fortaſſis Indi
prio & genuino: quod à quibusdam m
magnus & violẽtus, ab aliis *turpis paſſio*
pretatur: quòd generaliter omnes dete
re ſoleat. Quidam Pudendagrã vocant
pudenda plerumq; primùm inficiat. F
ſtorius Syphilida nominat; quia ex am
conjunctione Veneris inter hominẽ u
rimum ſuboriatur, atq; ita Syphilis, qu
cordiæ atq; amicitiæ Venereæ partus ſ
Fallopii interpretatione. Joh. Almena
ſpanus *de Morbo Gallico cap. 1.* morbum
Saturninum vocat: quia à Saturno, pr
ejus ingreſſum in arietem, aliis cœli di
tionibus coadjuvantibus, originem t
Cui ſententiæ & Gaſpar Torrella ſubſc
*in tract. de Pudendagra*, cùm ita ait: Di
Aſtrologi (quorum in numerum citra
controverſiam meritiſſimò ponendus e
Fracaſtorius) hunc morbum evenire à
ſtellatione corporum ſuperiorum: eò q
effectus univerſalis in cauſas univerſale
ſolvi debet. Et hoc propter Saturnum
ſiſtentem in Ariete. Nam in Ariete & I

nt quædam ſtellæ habentes virtutem
udi monſtra, ut recitat Conciliator *in*
*rem.* Licet autẽ fluxus illi ceſsârint: nõ
propter hoc & morbum hunc ceſſare
um fuit: quoniam plura corpora infe-
manſerunt, à quibus & alia inficiantur.
s omninò addendum eſt, quod ſcriptũ
t Joh. Lang. *lib. 1. ep. 42. & lib. 2. ep. 14.*
òd ſi Hieronymũ Capivaccium audire
nus, non debet utiq; Medicinæ ſtudio-
orum ac diligentiæ pœnitere, quam in
o iſto tã frequenti, & peræquè lucro-
o cognoſcẽdo adhibuerint. Nã & citra
nim dicere ſe ait, quòd è Gallicæ luis
one ultra octodecim millia coronato-
rit lucrat⁹, *lib. de lue Vener. cap. 12. in fi.* ne
t, quod tantopere gloriari poſſit Medi-
e, cui Manili⁹ Cornutus legatus Cęſaris
uitania, Mentagrę morbo fœdo corre-
H-SCC. ſe curandum elocavit, tantus
ei Medicæ quæſtus, vel viri dignitas! ut
ud Plinium *lib. 26. cap. 1.* Sed quæſtus
nto etiam major fuiſſet futurus, ſi Epi-
m, ſive Herculeum morbum profliga-
ſſet. Tum enim & divinos ſibi hono-
diſſet decretos: quos Menecrates cele-
jus morbi Medicus ſibi ademtos no-
um nunquã ſanè in publiçum, niſi ſuis,

*Morbi hujus curatio quã lucroſa.*

*uti & Mentagra.*

*Menecratis faſtus.*

quos curaverat, habitu Deorum indu
patus, & ipſe verò purpurâ veſtitus, au
ronâ decoratus, crepidatus, ſceptrum
in manibus, velut alter Jupiter, geſtan
dire ſolitus eſt, ut eſt apud Athenæum
*Dipnoſoph.* Hic ſi etiam Apoplexiam fo
rare ſcivisset, periculum fuiſſet, ne Jov
lo deturbaſſet, & ſe in ipſius ſubſellium
ſtituiſſet. *Johan. Langius lib. 1. epiſt. 25.* E
faſtu eum proditurũ fuiſſe cenſes, ſi,
de Aſclepiade ſcribit Plinius, hominem
nere retuliſſet, & ſervaſſet? *lib. 7. cap. 37.*
Apollonius puellam ipſo nuptiarũ die
tuam vitæ reddidiſſet? ut apud Philoſt
legitur, *libr. 4. cap. 16.* Manes certè, Ag
circulator nefarius, eò veſaniæ prog
eſt, ut ſemetipſum Spiritum Paracletu
cere non ſit veritus. *Ruffinus lib. 1. hiſtor.*
*cap. 22* quemadmodum & Simonem M
eò faſtigii pervectum legimus, ut mult
ne innumerâ fraudibus delinitâ, Rom
ter duos pontes hoc titulo ſimulachrũ
co conſequeretur decreto: SIMONI
SANCTO. quem etiã Chriſto æthera
denti ſe æquare non puduit: dum cora
rone, non minùs ſtolido, quàm ſævo p
pe, ex Capitolino monte, magicis arti
Dæmonum ope ſuffultus, volare cœpi

*Aſclepiades mortuum vitæ reddidit.*

*ut & Apollonius.*

*Manes.*

*Simon Magus.*

m vulgi admiratione,donec D.Petrus
nus Magum deſtituere juſſit:qui pro-
ſ[illegible] deorſum præcipitatus, eliſus
nimatus eſt. *Abdias Babylon.libr.1.vita*
*.Nicephor.lib.2.cap.36*,atq; ita furoris &
lentiæ condignas luit pœnas;ipſo etiã
infelicior, quòd nec nominis ſui um-
numi,qua fractus fuerat,dimiſit:quan-
ntra

*Icarus Icariis nomina fecit aquis.*

ur Æſculapium, quem Medicinæ au-
vetuſtas ſtulta credidit,à vindice Deo
ſum fulmine & exſtinctum putamus;
òd ob artis medicæ proſperũ ſucceſ-
ltra humanũ faſtigium tumidus,divi-
fectârit honores,imò ut Deo ſibi thus
i voluerit ab iis, quos valetudini re-
rat, tanquam ipſi nexu obnoxiis,inter-
etiam jurejurando? ut videre eſt apud
Junium in Bataviæ hiſtoria. *cap. 13.fol.*
.& Joh.Goropium *lib. 9. Orig.fol.1010.*
nec Manes inultam tulit deteſtandã
ambitionem & impietatem.Nam cùm
ũ Regis filium ægrum,quẽ Manes vel
Medicis, quorum operâ diligenter cu-
ur, tamen ſe ſanaturum fuerat pollici-
fruſtrà ſe inſtaurare poſſe aſſeveraſſet,
detractâ,& ſtipulis refertâ pœnas dedit,

*Æſculapius.*

*Supplicia de Medicis ſumta.*

referente Epiphanio, & Suida: non d
exemplo, quo Alexander Magnus, H
ſtione amico febre in Media abſumto
dicũ in crucem egiſſe legitur, *apud Jo*
*nach. in vita Alexand.* quẽ videri poteſt
voluiſſe Petrus Medices, dũ Leonem m
doctum magis quàm fortunatũ, in p
præcipitavit, quòd Laurentium patre
fiducia curandum ſuſceperat, & ment
cò Deo expenſum ferebat, quòd ſec
diſſet. Eo tamen crudelior etiamnu
ſeri poteſt Auſtrigildis Guntranni F
rum Tetrarchæ conjunx; quæ lue in
ac moribunda, maritum jurejurand
git, ut duos medicos, qui fatum exora
quiverant, morti addiceret. *Stephan. F*
*lib. 4. de Imper. & Philoſ. Gallor.* Cui ex
dæ voluntati, legibus improbatæ, Rex
it, Manes uxoris innoxio ſanguine pl
rus, peſſimo exemplo. Sicuti enim, quo
ĩmperitiam commiſit medicus, merito
ſtat: prætextu enim humanæ fragilitat
lictum decipientis in periculo homin
noxium eſſe nõ debet: ita ſatis inhum
fuerit, eventum mortalitatis ei imput
graviter reſpondit Ulpianus *in l. illicit*
*ſicuti. ff. de offic. præſid.* quandoquidem
vulgatis habetur verſiculis:

*neſt in Medico ſemper, relevetur ut*
*æger:*
*Sæpe etiam doctâ plus valet arte malum.*

gnior multò exquiſitiſſimis ſupplicio-
œnis fuerat Xenophon ille Medicus,
rippina Claudii Cæſaris uxore, precio
ctus, ut porrecto veneno Maritum
t. Hic igitur, teſte Tacito *lib. 2. An-*
ſi conatum vomituri adjuvaret, pin-
eneno illitam faucibus innocuis de-
ca prorſus fide, qua Sedechias Judæus
us Carolum Calvum Franciæ regem
redeuntem, vel ſuæ vel alienæ mali-
i obſequens, toxico ſuſtulit; meditans
m ſumma flagitia incipi cum pericu-
fici cum præmio. Quanto melior &
ior his fuit Hippocrates Cous? qui
triæ quidem hoſti venenum, cùm poſ-
pinare voluit, ſed ipſam potiùs me-
opem denegandam cenſuit. Nullis e-
iſtolis, nullo precio ab Artaxerxe Per-
ge ægro allici potuit, ut vaderet me-
m; quia ſcilicet Artaxerxes Græcorum
eſſet. quemadmodum nec Themiſto-
eodem Artaxerxe, ad quem è Græcia
olorum odio pulſus fugerat, adduci ſe
eſt, ut ingratis Græcis Cyprum Cili-
jam invadentibus, (ut quidem pote-

*Xenophon Medicus.*

*Sedechias Iudæus.*

*Hippocratis in patriam pietas.*

*& Themiſtoclis.*

rat)occurreret:ſed prioris laudis ve
ductus, quæ ex ſervata patria co
peractis ſacrificiis,& epoto taurino
ne, fortè etiam veneno infuſo; in M
quam illi regionem Perſa donaverat
rum vitæ impoſuit finem; magis tu
Perſico admirandus, ubi mortis mo
cauſam reſcivit, ut eſt apud Plutar
*Themiſtocle.* Unde Nicias ille apud
phanem *in* ἵπποις:

*Melius eſt nobis ſanguinem tau*
*bere:*
*Themiſtoclis mors eſt ſanè eligibili*

Sed Hippocratem, ob præſtitam
ut dixi,fidem,& egregia prætereà in
merita, qui tam fallere, ut ait Ma
quàm falli neſciebat,& qui ex Medic
tate,quam & Deorum ſtatuebat mu
beram, nullam unquã corrogavit m
ut ipſemet teſtatur *in Epiſtola ad A*
Eum,inquã,Hippocratem Athenie
tantùm Eleuſinis ſacris initiatum,
pali jure civitatis donarunt: ſed & il
poſteris in Prytaneo alimenta,& div
creverunt honores. *Johan.Langius li*
*2,& 3.* quod jam antea & Chironi,M
ni, Podalyrio,aliisq; obtigerat: quo
cultos fuiſſe honorib⁹ compertiſſi

*Hippocrati qui honores habiti.*

*ut & aliis Medicis.*

is credo utilitatem & præſtantiam;cu-
andoq; exercendę ne ipſum quidẽ Ar-
elum Raphaëlem puduiſſe, Hebraica
ũ eſt veritate. *Tobi.:6.v.8.& cap.12.v.14.*
inde mirũ minus ſit, Reges etiamnũ
ros appellationem ejusmodi non re-
daſſe:cujusmodi fuerunt Sabor & Gin-
edorum, Sabiel Arabum, Mithridates
um,& Ægyptiorum Hermes, ac Da-
ni regis nepos Meſues. Nam & Cor-
principem quidam putant Avicen-
Et ſcienter profectò dicitur, ſanita-
torem eſſe Deum, Dei inſtrumentum
aturam; ſed utriusque miniſtrum di-
dicum : quem ob id honorandum *Qui hono-*
it Salomon,quòd altiſſimus eum crea- *randi.*
ad ſublevandam neceſſitatem ; vel ad
tandam humanæ fragilitatis indigen-
ut Caſſiodorus ſcripſit, *libro 6. Epiſtolar.*
tamen nequaquam de Agyrtis & cir- *Agyrtæ non*
raneis illis accipiendum erit Impoſto- *item.*
qui citra judicium,& cùm linguarum
ium , tum verò etiam Philoſophiæ,
ne quidem *ut Canis è Nilo bibens,*degu-
t,prorſus ignari, ignota Pharmaca æ-
propinant, & ſæpenumerò etiam ca-
m ſtercus pro pilulis deglutiendum
dent ; hominum vitam ſuâ ignoran-

tiâ non tantùm in diſcrimen adducen
etiam certo exitio dantes : nihil mag
liciti, quàm ut ipſi ſolummodò rem fa
quod genus Medicorum , medicinam
exercentium (qualis fuit & Theſſalus)
*Diatritarii.* lenus *Diatritarios* vocat & damnat, ref
Hieronymo Mercuriali *libro 4. variar.*
*Æſchines Socraticus.* *cap. ult.* Similesque videri poſſunt
illi Socratico : qui dum paterna pro
bona, jam alieno ære & Daniſtarum
re ſubæratus, ut Trapezitis verſuram
ret , μυρεψικῇ, id eſt, unguentorum c
ctione ditescere voluit. Qui quid
unt aliud , quàm quod imperiti
Calceolarii ſolent ? qui ut uno ca
dio omnium pedes veſtiunt : ſic hi u
drargyri unctione, aut Cinabaris ,
vivi ſobolis fumo , omnes indiſcrim
morbos curare ſe poſſe nugantur, &
pud Principes quoque ſumma cum
tatione & lucro profitentur; pecuni
rim credulos & imperitos emungent
*Hermeus.* ſecus atque apud Athenæum Herme
ropola anum illam ſeptuagenariam
rugas cùm variis & odoriferis ex ma
malobathro & nardi ſpica unguentis
die illineret , anum deliram unà cu
rito & liberis ad mendicorum inop

;haud quidquam probior illo apud Æ-
m Medico, lippitudinem anus curare
eſſo quidem; at dum collyrio oculos
delibutos obligaret, indies aliquid de
lectili ſecum aſportante. Et quis dubi- *Agyrtæ prædonibus nocentiores.*
Medicos ejuſmodi impoſtores, ipſis et-
prædonibus longè nocentiores eſſe? cũ
viatoribus, nec impu-
men, adimant: at illis, cùm vitã & pecu-
ægris eripuerint, etiam mercede gra-
feratur. Jam ſi magna illa ignorantia et- *Ignorantia Arrogantia mixta.*
Arrogantiæ fuerit permixta, tum verò
m id ineluibile exiſtimavit Galenus *lib.*
*rapeut. ſive Method.* Utplurimum tamen
gãtes illos ſciolos de remediis ſuis per-
ò gloriari audias: videas etiam quanto-
inceſſus gravitate, anulorum oſtentati-
& veſtium faſtu ignorantiam ſuã tege-
agant. quam ut fateantur, tãtum abeſt,
l vadimoniũ deſerere minoris æſtimẽt.
bus rectè cum Favorino dixeris: pallium
rbam video; Medicum, Philoſophũ non
o. Multi etiam ſolius urinæ indicio fre-
mi ceu Alexãdriæ Medici deſides in ſo-
t Sacerdos Apollinis ex tripode; aut ut
fatidica ex cryſtallo, non viſo ægro, ſed *Lotii ſpectatores.*
um inſpecto lotii vitro, bone Deus! quã
guè, quã perplexè de ægrotãtis morbo,

ſalute & morte pronunciare , & p
fronte ob vile lucrũ,quo ſcortum nõ
ret,nugari nõ erubeſcunt. Adeò Igno
nihil doctius & audacius ! Si quidem
quis imperitior, eo etiam plus in reb
duis ſibi confidere & arrogare audet.
morabile autem in primis eſt,quod à J
ne Langio, Medico [redacted]
relatum video : Judæum ſcilicet
macopœum quendam, ante Myrop
ſtatuiſſe ſculptile Morionis idolum,v
lore veſte,rubro capitis galero ornatu
dextrâ manu exſertâ matulam vitrea
ductis labris ſubridens, ut Morione
lent,Spectatoribus oſtentare videbatu
gatum verò pharmacopolam, quid h
ſolens Morionis ſimulachrum porten
*Morionis ſimulachrum.*
reſpondiſſe : Se à parente avóque M
accepiſſe, Medicos,qui ex ſolo fallacis
indicio diſcernere morbi naturam,&
affectum conarentur;hos eſſe Morio
ſimilimos,qui temerarium illorum de
borum cauſſis ex lotio indicium im
Quis verò non indoctos hujus farin
dicos & Agyrtas è Civitatibus cum P
& Hippocrate cenſebit expellendos?
enim impoſtorum , ſed fati ope ho
conſeneſcunt: pluresque Medicorum

ccumbere ſæpius noſtro malo experi-
quam valetudini ſperatæ reſtitui : ut
er cenſuit Leopoldus Dickius in Oe-
nia proceſſus Judicii Ordinarii. *Tit. de*
*atoribus.* quibus adde, quæ de Inſcitia
gentia Agyrtarum id genus ſcripta re-
Johan. Langius *Epiſtol. Medicin. libr. 1.*
*11.32.37.72. & lib. 2. ep. 41. & lib. 3. paſſim.*
pleraq; hæc à nobis deſumta minimè
or.

erùm de ligni Guajaci qualitate & fa-
ibus conſulendi erunt, Nicolaus Mo-
*s lib. ſimpl. Medicament. ex Novo Orbe de-*
*ap. de Guajac.* quē librum Carolus Clu-
Hiſpanico ſermone in latinū transtu-
dreas Matthiolus *lib. 1. cap. 111. in cōment.*
*ſcorid.* Nicolaus Maſſa Venetus *in libro*
*rbo Gallico, tract. 3. cap. 2.* Aloyſius Lobera
anus *cap. 4.* Alphonſus Ferrus Neapoli-
*lib. 1. de Ligno ſancto nō permiſcendo, in præ-*
*e.* Gabriel Fallopius Mutinenſis, *tract. de*
*Gallico, cap. 39. 40. 41. 44.* Et Hierony-
Capivaccius *libro de lue venerea, cap. 8.* Nūc
hina, ſeu radice Chinæ videamus.

*Radix Chinæ*, à vaſtiſſima Chinarum re- *Radix China.*
e, in qua naſcitur, ob excellentiam *Chi-*
erumque dicitur: aliis *Chinna*, quibus-
*Cina*, nonnullis *Echina & Achina*; Indi-

genis *Lampatan*; in Decan *Lampaos*; i narin *Bonſi*: ab Arabibus, Perſis & T *Chophchina* nuncupatur. Hæc anno pri 1535. gentibus Indiæ innotuit, antea ig quòd tum morbus Gallicus ligno G curaretur. quo ex Hiſpaniarum In to, aurum contrà non carum erat: at cis hujus ſucceſſione id eviluit; *Joha ſchoten in deſcript. Navigat. in Orient. cap.* uſus ejus ex India exſulari cœpit, tan Hiſpanus quidam, qui Indigenas fam care vellet, ut ſcripſit Garzias ab Horto *hiſtor. Aromat. & ſimpl. Medicam. apud naſcent. cap. 38.* Id qua ratione factum ſi quidem indagare non eſt integrum, quòd China in morbi Gallici curatio & poteſtate Guajacum ſuperare quibu putatur, id uti ſine ratione dictum, ita perientiæ minùs conſonum eſſe; pro illos toto cœlo aberraſſe, ſcripſit Ber dinus Tomitanus *lib. 2. de morbo Gallico.* Radicis illius plantā trium aut quatuo marum altitudine aſſurgere dicunt, cau lis tenuibus, qui raris foliis cinguntur ( Aſſyrii ſimilitudine) ſuoq; amplexu h modo proximas arbores ſcandunt. Id qui hanc ſerere ſive plantare velit, co diſſimè id eum juxta arbores facturum

*Quando innotuerit.*

*Chinæ deſcriptio.*

. Radicem ajunt habere palmi longitu-
, interdum craſſam, interdum tenuem:
recens eruta adeò tenella ſit, ut cruda
elixa mandi poſſit. Chinenſes enim
dhuc tenera cum carne elixa veſci, vel-
pud nos napis & rapis cum carnibus
s veſcitur vulgus. Hanc partim in
dibus & montibus, atque etiam mediis
vis (ubi paſſim enaſcitur) effodi, Mer- *ejus natalia.*
rum, Nautarumque teſtimoniis com-
nus. Quæ in paluſtribus litoribus, aut
undam magnorum fluminum in ma-
abentium ripis creſcit, plerumque un-
m impetu proximos margines alluen-
è ſolo eruitur, & in vaſtum pelagus a-
um vertiginoſo lapſu rapitur: tandem-
exonerante ſeſe mari à partibus æſtuo-
tranquillas, id eſt, ab aquarum verti-
in litora rejicitur. Radix iſta non ad-
um longa eſt, arundinis majoris radi-
nilis, valdè tamen nodoſa, tuberoſa,
ualis, & in varia fruſta, quando ad
pervenit, disrupta, nullius ſaporis, nec
ris. Quæ in maris litoribus legitur, ru-
t magis, & cocta magis quàm cruda; quę
o eruitur, & illota ad nos transporta-
ninùs. Quæ paluſtrium & uliginoſo-

rum locorum eſt indigena, craſſior, ſu
magis, & levior exſiſtit : quæ aprico
montium, ut magis tuberoſa, geni
compactaq́;, durior & ponderoſior; iu
integritatem tuetur diutius.

*ejus Delectus.* Deligenda eſt autem Radix po
ſa recens, firma, quæ neque teredinem
cariem ſenſerit; nec inter ſecandum p
rulenta: quæ foris ſubruffa ſit, intern
lore albicanti. Hæc enim ut rubore
ctum plenius tingit, ita & efficientia p
lit. Quòd verò Radix iſta vix unqu
ribus integris, ſed ferè ſemper emarc
carioſa, è Chinarum regione ad nos in
tur: (nam è centum radicibus vix qu
bonas reperiri, Fallopius ait: cùm ea ſit
catorum verſutia, ut ad occultandam c
& teredinem, Chinam perinde vulgar
cinarum bolo Armeno involvant, ac
ziber emblaſticâ illâ terrâ obduci nov
quod rubeſcens in Officinis, ac potiſſi
Antuerpianis proſtat, ut Matthiolu
didit:) Ejus inquam rei cauſſa eſt, non
locorum diſtantia, qua disjungimur, q
cœli plaga atque tractus torridus: quo
catoribus & Nautis non modò navig
nibus remigandum, ſed ſæpè aut comm
reparandi, aut aquationis gratia, aut ob
p

madverſam ibi commorandum. Ideo
lerandus eſt immenſus fervor ejus ſpa-
d inter duos Tropicos jacet: Ubi ne-
eſt, quicquid in ea radice humoris re-
, ſummo ardore atq; æſtu retorreri &
um reddi. Julius Palmarius *lib. 1. de lue*
*a, cap. 14.* Jam cùm duobus his vitiis
nq; laborare ſoleat id genus Radicum:
d ſpongioſæ ſint & leves: 2. quod ſint
carie: ſemper eligenda erit illa, quæ
ſt, dummodo ſit pōderoſa. Nam ejus,
vis eſt, decoctū putreſcit: & nec ullam
bet, nec quidquam emolumenti ægro
t: ut Fallopius monuit *in tract. de morbo*
*, cap. 62.* quem etiam Lector, ſi de vi &
ate Chinæ edoceri cupias, pariterq́; Ni
n Monardis, Chriſtophorum à Coſta,
nymum Capivaccium, Bernhardinum
tanum, Julium Palmarium, Andream
iolum, (in epiſtola de radice Chinæ) &
am ab Horto, adire poteris. Illud tamē
rzia hîc adjecero: Solere eos, qui Radi-
jus decocto utuntur, mulierum con-
vehementer ad libidinē accendi: Ideo-
nſultum videri, ut per curæ tempus
ad ægros mulieres admittantur. quan-
dem ab harum commercio, & Venerea
im colluctatione, Miſellis illis planè

tum ſit abſtinendum, ut Joh. Hug ſchoten monuit, *cap.* 77.

*Sarza parilla.* Sequitur nunc, ut de Sarſa parill amus. Sarſam parillã Medici cũ dicun per radicem ejus intelligunt, quãdoq radix tantùm ad nos perferatur. quò plantam illam paucis videre contiger ſcribitur tamen à Nicolao Monardis, ſit planta multis radicibus nitens, duo tos aut eò amplius longis: colore dilutiore: quæ interdũ tam altè demi ut qui integras volet eruere, ei profu ſione opus ſit; ramis nodoſis & ligno facilè deſiccantur. Floresné an fructu rat, ignoratur. Sunt qui hanc Spartã p vocent, ut Veſalius, quaſi parvũ mo cas: ſed manifeſto errore: cùm nec ſpe viribus cum parvo moro ullã habeat tatẽ. Alii illam nominãt *Salſam paril* periti nimirum linguæ Hiſpanicæ: qu *ejus denominatio.* parillam eam appellandam eſſe hor nomen, cùm primùm eam Hiſpani conſpicati ſunt, indiderunt, propter tionem ſcilicet, & ſimilitudinem qu Smilace aſpera, planta ſpinoſa, & hed lia ferente habere videtur, & Hiſpan parilla dicitur: quibus *Sarza* dum ſpinas; *parilla* viticulam ſignificat: ut

rillam idiomate illo ſpinoſam vitem,
ium viticulam rectè dixeris. Quæ no-
aturæ ratio in cauſſa eſt, ut Matthio-
zam parillam dixerit, aut aſperã Smi-
eſſe, aut plantam illi viribus & facie *Lucas Chinus.*
nerem. Certè Lucas Chinus medicus
mus,& rei plãtariæ peritiſſimus, palàm
at, ſe vidiſſe apud Florentiæ Ducem
Parillæ plantam integram ex Hiſpania
n; quæ omnibus ſuis partibus ac notis
b aſpera ſmilace differebat. Imò nihil
hanc plantam eſſe cenſebat, quàm ge-
m ſmilacem aſperam. Id quod paulò
perimento deprehendit. Siquidem e- *An Sarza eadem ſit, quæ ſmilax aſpera.*
ſperæ ſmilacis radicibus, earum de-
plures curavit morbo Gallico affe-
referente Matthiolo *in libro primo Dio-*
*cap. III.* Idque præter Nicolaum Mo-
etiam Gabriel Fallopius teſtatur, *Gabr. Fallopius.*
Melchior Guilandinus non niſi to-
aliæ publico, ſummoque honore à ſe
nari ait. Nullum enim unquam Chi-
m hoc ipſo Italiam produxiſſe omni-
imi ingeniiq; dotibus abſolutiorem:
l laudem facit, Hydrocremaſto Tauri-
nto majorẽ, quanto minùs verecũdum
lle docere, quod non didiceris; ac Spar-
uam ſis nactus, impotenter ornare. Is.

inquam, Fallopius idem teſtatur *in m*
*morbo Gallico, cap. 63* ubi experiētia ſe
viſſe ait, Radicem Sarzæ eſſe radicem
ſmilacis: quia eandem habeat materi
dem notas, & eandem efficaciam. Se
nim (ait) cum felici ſucceſſu eâ, loc
parigliæ (ita namq; hanc vocant Itali
Gallica uſus ſum. Nec obſtat radicu
rentia, quòd Indica non æquè ſpino
adeò ſecundum corticem lenis ſit, atq
cis aſperæ radix: ſed rugoſa ſecundu
gum & aſpera, ut Alexander Trajanu
nius ſcripſit *lib. 5. de morbo Gallico, cap.*
ipſum & Fallopius agnoſcit, dum Ind
bere dicit radices majores, craſſiores,
ſiores; Noſtram verò breviora capill
quibus accedit, quòd Indica in ſolo a
naſcatur; noſtra in ſaxoſo, & cum no
tum alatur, fiat tenuior. Hæc, inquam
differentia, ex Matthioli ſententia n
ſtat: quandoquidem, ut Theophraſtu
eſt, loci à locis differunt: & ſæpè cli
cœli, ſolique varietate differunt cùm
tùm ſapore, & odore plantarum radic
quam in utraq; illa radice eundem ſa
eundem corticem, eandem medullam
cultatem, imò noſtra etiam vivacior
idem Fallopius affirmet.

T

ranſlata eſt hęc radix primùm ex Hi-
nova. At multò meliorem & efficaci-
rotulit provincia *Hordur as* ſive Perû,
uperiore in hoc differt, quòd illa can-
eſt, ad pallorem tendens, & gracilior;
ò cinerea, nigrior atq; craſſior. Nunc
vincia *Quito* cœpit inferri, copioſè na-
vicinis urbi *Guajaquil* locis, ad flumē
n nominis maximum, quod ex mon-
eruanis originem ſumens, ab Oriente
identem vergit, & in Oceanum (quem
vocant) circa portum veterem labi-
uancavilcę vocantur ejus regionis in-
edentuli ſunt: quoniam pro more
, ut ſibi dentes eximant, quos ſuis ido-
ant, aſſerentes nimirum optima quæ-
offerri debere: hominem autem den-
ihil habere præſtantius, nihil magis
rium.

*Sarzæ natales.*

*Guancavilcæ edentuli.*

luminis ejus Guajaquil aqua admo-
alubris, & multos morbos curare
: eamq; ob cauſam plus quàm ſexcen-
aribus ad eam concurritur, ab Indis &
is: qui multoties eâ aquâ ſe abluendo,
nam ejus quantitatem ſæpius hauri-
mane plurimum urinæ excernunt,
è ſudant, & conſequenter morbis li-
ur. eodem ferè modo ejus aquâ uten-

tes, ſicuti in balneis Lucenſibus, Pu
& fonte illo celebri apud Leodios fi
Sunt qui putant, ab hujus fluminis aq
zam parillam Guajaquilanam facul
as mutuare. Ea eſt colore ex ciner
cante, majoribusq́; & craſſioribus r
conſtat, quàm ea quæ ex Honduras a
atq; interdũ tam longis, ut altitudin
na fodiendum ſit, antequam erui
quod videre eſt apud Nicolaum Mo

*Sarza genera.* Fallopius quoq; duo Radicis h
nera recenſet. Unum, quod habet c
planum, pinguem & craſſum; Alteru
habet corticem tenuem & ſiccatũ. U
bonum eſt, dummodo non adſit in
ri ſuperficie præter modũ nigredo. E
to longiora habet capillamenta, t
præſtantius: dummodò album ſit,
ſiccatum, ut palea.

*Deſcriptio.* Communiter autem Radix iſta m
ſe fibras, perinde atq; Elleborus, pro
per terrã longè adeò lateq́; diſperſas
pè ſex cubitorum longitudinem ſup
complicatæ in faſciculum aſſurgun
quatuórve librarũ pondere: ut eſt a
Palmarium. Faſciculũ illum Fallopiu
culum videtur appellare, variis in lo
latũ, ex quo erumpãt capillares radi

broſæ & longiſſimæ. Radices autem
illamenta aliqua tenuia, aliquando et-
aſſa ait exſiſtere; alba intus percurren-
â nervosâ & durâ, quæ anima vocatur.
x durus eſt, ita ut videatur veluti caro
ta circa medullam. Eſtq; hæc radix
doris expers, tùm inſipida, ita parvum
s amarorem, ut vix ſentiatur.

Deligenda eſt recentior, alba, lenta & fractu contumax, quæq; aſſulatim frã- Nam rubra, emarcida, carioſa, ſqualida ulenta, cùm frãgitur, penè inutilis ex- tur. Mala etiam eſt, quæ habet colorẽ ubluteum, & in qua veluti vermium a apparent, & quæ tanquam exeſa eſt. reddit decoctum ſubrubrum, & Chinę o paulò obſcurius ac cõturbatius. Al- ò multò limpidius. qua de re, ut & viri- rzæ parillæ, videri poterunt Nicolaus rdis, *in hiſtor. ſimpl. Medica. ex novo or-* *or.* Andreas Matthiolus *in comment. lib.* *ſcorid. cap. 111.* Jul. Palmarius Conſtanti- edicus Pariſienſis *lib. 1. de lue Venerea, c.* Hieronymus Capivaccius, *cap. 8.* Anto- racantianus, *lib. de morbo Gallico.* Gabri- opius *cap. 63. & 68.* Alex. Traja. *lib. 5.* Carolus Cluſius *in annotationibus ad Gar-* *b Horto, cap. 38.* *Delectus.*

*Saſſafras.*

*ejus deſcriptio.*

Reliquum eſt, ut de *Ligno Saſ*
camus. Ejus apud Nicolaum Mona
exſtat deſcriptio: quòd Arbor ea In
*vame*, Gallis (quos & Hiſpani imita
*Saſſafras* dicatur. Eſt autem magna p
diocris magnitudine & forma (tame
minores inveniantur) unico trunco
ramis in cacumine expanſis, ut pinus
gata: cortice, quem integit tenuis
quædam pellis, ex cinereo nigricante,
aliquantulum acri, ſed aromatico, n
ad feniculi ſaporem tendente, odora
pauca ejus quantitas cubiculum ſuo
impleat: materie trunci & ramoru
ad cinereum colorem tendente, n
aromatici ſaporis, uti cortex: folio
in tres angulos deſinente, novello v
pyri folium æmulante; ſed quod
angulorum habeat, ſemper virente,
foliis novellis ſemper eis, quæ decidu
cedentibus, colore viridi obſcuriore
to, præſertim ſi ſiccum ſit. An
fructumvé ferat, incertum. R
nunc craſſis, nunc tenuibus, pro a
magnitudine, levibus, ſed non ad
gnum, per ſummos terræ ceſpites e
ut facilè evelli poſſint. quod ferè co
eſt omnibus arboribus Indicis. Imò

nicas arbores eò delatas, ſteriles fieri, ſuperficie terrę plantentur. Cortex ra- mis inhæret cinereus, ipſiusq́; arbo- tice magis aromaticus: ideoq́; radicis tum odoratius & præſtantius eſt, & ab nis iſtic uſurpatur.

Naſcitur in Florida novi orbis provin- quæ 25. graduum altitudine polum ha- & quidem in maritimis & locis tempe- oc eſt, neq; nimium ſiccis, neq; nimi- midis, ut in portubus *S. Helenæ, & S.* *æ*. Nam alibi per univerſam Flori- aud facilè invenies. Iſtic verò ſunt in- ſylvæ, quæ ob ſuaviſſimum, quem ſpi- dorem, ab Hiſpanis primùm eò veni- s, arborum canellæ eſſe exiſtimaban- Nec immeritò. Nam adeò odoratus & ujus arboris, atq; Canellæ cortex, & n effectus præbet ejus decoctum, quos a. *Natalis.*

Omnium optima eſt Radix: deinde ra- tiò truncus: ſed cortex omnibus pręs Indi etiam recentia folia trita vulne- mponunt, & ſicca in alios medicos u- ervant. *Delectus.*

Commendatur ejus decoctum in o- orborum genere, præſertim verò in ctionibus & partibus internis robo-

randis: ad tertianas & febres antiquas
modè ex Saccharo propinatur defluxi
borantibus, aſthmate, pectoris vitiis
giditate provenientibus, & conſeq
doloribus nephriticis & renum, è qui
culum ejicit, & flatus diſcutit. quam e
cauſam uterum ad conceptionem pr
& menſes provocat. Vomitus cohib
coctionem juvat, alvumq; ſubducit.
fragmentum aſſiduè geſtare & odor
ximè prodeſt, adverſus peſtis contagi
ſertim non neglectis aliis remediis. D
ob ingentem ſiccitatem, & moderatū
eſt remedium excellens ad omnis gen
fluxiones, quoniam eas abſumit: Sed
extenuati ſunt, non convenit. Singul
„ perimento probatum eſt, hujus dec
„ propinatum utiliſſimum iis fuiſſe, qu
„ & manus ex podagra ſic contortas hab
ut illis uti non poſſent. Ad luem item
ream non minus utile, quàm aqua G
aut Chinæ. Ligni fragmentum præm
eo dente qui dolet, & iſtic retentum,
ſedat. His addantur, quæ eodem d
ſcriptis prodidit Hieronymus Capi
*lib. de lue Venerea, cap. 8.*

*Ficus Indica.* Ait Pancirollus: *Ficus & Nu
dicæ)* Etſi ficus Indicæ multiplices ſun

ſſiore, modò tenuiore formâ, diverſis
ntiæ notis: eadem tamen omnibus
,ac color idem, arborque ipſa eodem
viri ſtaturam æquat. Folia (in quorum
craſſior, quo dividuntur, nervus ex-
habet ulnæ magnitudine; tres dodran-
. quibus Turcæ pro charta bibula u-
r ad cucullos. Lignum arbor non ha-
ſed ſimilitudine arundinis truncum.
ſeneſcente arbore exteriorem corti-
tem tegit, in modum cribri ex pilo fa-
uratur, aſpectu tamen craſſius aliquan-
rorſum eadem folia cucullata ac clau-
arent, in medii hominis altitudinem;
xplicant ſeſe, ac per vices excreſcunt
t vetera à recentioribus ſucceſſione
m expellantur, donec arbor juſto in-
nto ſteterit, fructumque maturum
lerit. Inter folia ex arbore ſurgentia
ſcitur, (contra naturam noſtratium
n: in quibus lac eſt, quod in aliis arbo-
los. Inde enim ficus Macrobio non
,ſed lactere dicuntur, *libro 3. Saturnal.* *Ficus lactēt, non florent.*
.) magnitudine ovi Struthionis, colo-
rpureo: ex eo longiore incremento
prodit, non ligni quidem materiâ, ſed
braſſicæ, ficus coacervatas abundè pro-
primò quidem fabarum formam ha-

bent, cùm adhuc volvulis includuntu
gnitudine medii palmi, pollices tres au
tuor latæ, cucumeris craſſitiem nanciſ
Ramus hic ferè ſemper centum ficus
plus minúsve, quæ ut uvæ in nodum c
tur. Racemi inde quidam ita magni, ut
virorum baculo bajulãtium onus im
quo fit, ut ficus iſtæ *centuplices* diciſ
poſſint rectiùs, quàm duplex illa ficu
Horatium, *libro ſecundo Satyr. 2.*

*Ficus duplex quid Horatio*

*Et Nux ornabat menſam cum dup*
quo tamen loco Adrianus Turnebu
ficum ſignificari majorem, ut quæ A
vocabatur. Quemadmodum enim Vi
cùm craſſum dorſum dentalis exp
*Georgic.*

*——duplicis dentalia dorſi,*

ſcribit; & rurſus latam ſpinam equid
ſtraturus, *Georg. 3.* ait:

*——duplex agitur per lumbos ſ*

Ita & *duplicem ficum* ab Horatio a
ſuſpicatur, quæ major eſt & uberior, q
formę amplioris eſt. Mariſca autem
rat vilior, & ſaporis fatui. Unde M
*lib. 7. Epig. 24.*

*Infanti melimela dato, fatuasq; M*
ut oſtendat Horatius, vilioribus tum
is, in cœna præſertim frugaliori, exp

menſam ſecundam. *Turneb.lib.13.Ad-
cap.1.* Inter bellaria autem etiam ficus
appoſitas, Guiliel. Stuckius docuit, *An-
convivial. lib.2. c. 2. de Menſis ſecund.* qui-
mnino addēda ſunt, quę de Ficuum na-
iribus & uſu ſcriptis prodiderunt, Jos.
cetanus in Diætetico & Polyhiſtorico
*cap.3.* & Johannes Bruerin' in Dipno-
a *lib.11. cap.37.*

ndicæ ficus fructus nondum planè ma-
induntur, cùm inter viriditatem & fla-
em etiamnum hærent: tum alibi à tra-
penſi, intra quatuor aut quinque dies
odè matureſcunt. Arbor ſive planta u-
tantùm racemum fert, quæ mox tota
catur, ac menſis ſpacio juſtis denuò in-
ntis adoleſcit, & fructum toto anno
petuum fert, tantâ abundãtiâ, ut com-
ter Indis in cibi uſus ſerviat, guſtu ſanè
Morſu enim farinam & butyrum dul-
tione repræſentant, panis & lacticinii
præſtantes, ſimplici victu, quo corpus
nis absq; alio cibo facilè poſſet ſuſten-
uemadmodum & in India multi ſunt,
s toto vitæ tempore particularis cibus
eſt. Id quod nemini novum videri
, cùm & vulgaris ficus alimentis adeò
a fuerit habita, ut non deſint, qui eam

*Ficus Indiæ pro cibo.*

Cereris donum dictitârint, & pro ali
ſymbolo ſuſceperint.

Quantum enim ficus humanæ alimoniæ, vel ex eo manifeſtum eſſe quòd Athletas ſiccis ficubus paſcere fuerit, auctore Plinio. Experimento pe compertum eſt, eo cibo frequenti to, corpora & vires mirum in modum geri, ut eſt apud Joh. Pierium, *lib. 53 glyph. tit. de Ficu.*

Ficuum autem Indicarum in uſurpandarum modos varios videre pud Johan. Hugonem à Linſchoten, *gat. in Indiam Oriental. cap. 55.* ubi etiam omnibus Indiæ atque Orientis locis ri ſcribit: uti etiam in Arabia, itemq; ſolymis, Damaſci, Cayri, &c. ut per inde quibuſdam ſit, primum generis parentem Adamum, ex hoc genere um cum peccato guſtaſſe. A qua tia ne ipſe quidem Irenæus atque Te nus admodum abhorruiſſe videtur, credimus, in eo, quem jam dixi, li ſcribenti: Hujus generis (loquitur de ficu) fuiſſe prædicant Adami po contra ipſius Dei præceptum nimis tum. Id enim delectationem & vol

*Adam de pomo, h. e ficu prohibitâ comedit.*

uæ ſenſu percipitur, ſignificaſſe pleri-
heologorum docuerunt. Nihil enim
em noſtram è tranquilla Paradiſi ſta-
faciliùs exturbat, quàm nimia volu-
m conſectatio. Adamus tamen ſuæ
ricationis amaritudine exacerbatus,
liis ſemet velare, pudoremque obtege-
peravit. Ficum enim fuiſſe, tradit
us. Tertullianus autem ea ſuper re ait:
*n novo corpore indebitum adhuc pudori e-*
*tegere feſtinans, ficulneis foliis interim cir-*
*at.* Ad hoc addit Irenæus, non alte-
boris aut herbæ, quæ molliori tractu
ad indicandum pœnitentiæ duritiem
cruciatum, propter ſcabritiem ſcilicet
eritatem, qua folium hujusmodi eſt
tum.

Sanè cùm in teſtamenti veteris hiſto-
imus, exploratores Terræ ſanctæ ra-
m uvarum retuliſſe, cui geſtando vix
omines ſufficerent: poſſet aliquem
us hujus Indici recordatio in eam non
ritò deducere cogitationem; Num
lle Racemus exſtiterit, qualem eodem
ab Indis ad domum Archiepiſcopi cu-
m translatum, haud falſa illius hiſto-
agine, ſibi apparuiſſe Linſchotanus
t.

*Nuces Indicæ.* Sed à Ficu ad *Nuces Indicas* m
jam porrigamus: quæ etſi *Palmæ* etia
hodie dicuntur, ob cognatam forta
turam, quam cum Palma commun
bet Nux Indica, dum citra ſociam
neris non frutificat: veræ tamen palm
ſunt: tum quòd has nuſquam in tot
reperiri, ſed fructus earum ex Arabia
diam deferri Garzias ab Horto ſcripſi
ultra triceſimum annum Medicinam
dia continenter feciſſe commemorat
quòd experientiâ comprobatum ſit,
quæ paſſim in Aſia & Africa gignitur,
dia nullibi locorum pullulare; & ſi
ea provenerit, illicò tamen ſterilem &
cundam exſurgere. Ut proinde q
poſſit cognoſcere, per palmas, quas T
phraſtus, Arrianus, Strabo, & alii ſcri
veteres naſci in India narraverunt, in
gendas eſſe non propriè dictas; ſed q
centior ætas *Nuces Indicas* cognomina
rum fructum Indigenæ *Cacao* ſive *Coq*
*Nucis arboris deſcriptio.* pellant. Eſt igitur arbor iſta proc
eximiæ, in altum excurrens, palmi m
ferè craſſitie. Folia non niſi in cacumi
nerat, quæ ſe ut in dactylo dilatant: ſu
liis, veluti clypeo, fructus latent, juncti
ſe decem ſubinde numero, rariſſimè

nux ſeparatim prodit. Singulæ autem
truthionis magnitudinem ferè ha-
Radix ipſa tenui ſpacio porrecta, con-
dem ferè terræ inhæret, ob inuſitatam
i proceritatem, ut aſcendens oculos a-
mque aſpicientium nimia altitudine
rbet; Verùm *Canarini*, qui Agricolæ
hortulani Indorum ſunt, arboris corti-
veluti in ſcalarum uſum ſcindunt ac
rant, ſummaque facilitate aſcenſu ſu-
t, etiam cum deſperatione Luſitano-
quibus id facinus terribile habetur.
a verò Palmarum ſive Nucum harum
ic eſt copia, ut Hiſpaniæ ac Luſitaniæ
, & Bataviæ ſalices numero ſuperent.
nturque duas ob res præcipuè: Fru-
n & Vini gratiâ. Fructus penè maturus,
plenus eſt: potabili illa, dulci ac limpi-
admodum refrigerante, atque ea qui-
um copia, ut vel unica ex nuce dimi-
mpleatur cantharus. quæ etſi abun-
r pota fuerit, nequaquam tamen eſt
, quòd & amœna, & naturæ ſit com-
. Ea tamen, ſi Nux arbori diu hære-
albumen ſive nucleum coaleſcit, isque
or fructus, ſapore nuci avellanæ ſimi-
(unde & Guilandino *Avellana Mexi-* *Avellana*
icitur) dulcior tamen aliquantulum. *Mexicana.*

Prior cortex interioris fructus tegum
(quod poſtea in lignum dureſcit, N
ſummam maturitatem perductâ) tum
lis ac tenuis ſuavi guſtu cum ſale card
tiles ſapore propemodum repræſenta
demq; cortice ſi tecti fuerint (*Coqui*, pe
verſum orbem, corruptionis ſecuri, ve
terunt. fit tamen ſubinde diuturnitate
poris, ut aqua illa in pomum ſubflavu
vertatur, ſapidum valdè ac ſuave. Ex
etiam Indi obſonium conficiunt, ori
cum ſucco nuclei coquunt. Servit qu
oleum, quod ciſternis expreſſum, bo
eximia in cibum, flammam ac medici
petitur. Eadem etiam aqua illa ad So
diæ horæ ſpacio expoſita, in acetum ve
quo India univerſa utitur: hinc in vin
eliquatum diſtillatur, quod vini Rhe
eliquati notas habet optimas; mox ex
diſtillatione vinum conficitur, totius
unicum, calidum ſanè & efficax, quod
Indi aquæ inſtar potant. Sed & arboris
lignum utilitatem præbet maximam.
ut alia taceantur plurima, etiam inte
eis fabricantur Naves, absq; ullo ferre
vo, filis duntaxat ex iisdem *coquis* con
Nam & rudentes & funes inde fiunt no
ter, atq; apud nos ex ſparto & canabi

*Nucum Indicarum uſus.*

r: Sed illi tamen poſt quatuordecim
nùm dies marinis fluctibus immergẽ-
; ita aquâ ſalsâ conſervandi ſunt; dulci
e ſitum & putredinẽ cõtrahunt, quòd
llitu careant. Vela quoque ex foliis illis
tur: quibus & Canarini tegularum lo-
ntur, & Luſitani ad ſtoreas ac tegmina
*quinorum* ſive Officialium, adverſus
. Quin & Galeros inde conficiunt, te-
nto capitis, inſigni æſtimatione tenui-
xpetitos, æſtivo prẹſertim tempore, ob
em. Quòd cùm itaq; ex arbore iſta, ar-
nta, merces, & victus abundè haberi
nemini ſanè dubium eſſe debet, Pal-
n iſtarum utilitatem longẹ eſſe maxi-
quod pluribus pertractatum habes a-
h. Hugon. à Linſchoten *cap.56.* & Jo-
ruerin. de Re cibaria *lib.2.cap.5.*
jus rei occaſione, quandoquidem ni-
n dictum fuit, Nucem illam Indicam,
vellanam Mexicanam, quam vulgus
Palmam vocat, palmarum inſtar, citra
n ſui generis non fructificare; non abs
rit, ſi de palmarum natura nõnihil hîc
uero. Sciendum itaq; eſt, palmas invi- *Palmarum*
ritali quadã copula conjungi, mareſq; *maritalis*
ere ad ſe fœminas; neque has congreſ- *affectio.*
uãtũcunq; adniti poſſint, aufugere, ſed

ultro ramis ab utraque viciſſim co
oſculum quodammodo exporrectis,
feſta dare mutui deſiderii ſigna. quem
dum elegãter refert Philoſtratus *in I*
& Galenus tangit *libro 6. de locis affe*
Narrat quoque Ammianus Marcell
*24.* non tantùm maritari palmas ip
& ſexus facilè poſſe diſcerni. quin &
rare fœminas ſeminibus illitas m
easq́; amore mutuo delectari. atque
de clarere, quòd contra ſe viciſſim n
ne turgidis quidem flatibus avertan
ſi ex more fœmina maris non illita f
mine, abortus vitio fœtus amitti in
ſtivos. Addit & illud: ſi qua fœmin
arboris amore perculſa ſit, ignore
guento ipſius infici truncum, & arbo
am naturaliter odoris dulcedinem c
re, hisq́ue indiciis velut coëundi q
prodi fidem. Solent itaque cauti
rii, ne fœminæ aut ſterilitatis noxam
rant, aut fructum, quem aliquando im
tione libidinis (ut ita dicam) concipe
ſueverunt, ante maturitatem amitt
ordinare utriusque ſexus palmas, ut
eo ſaltem intervallo à fœminis diſte
pulvis ventorum flatibus à foliis ma
rum ſublatus, in fœminarum folia in

-is ad fœcunditatem, & fructus ma-
-em facere compertum eſt. Sed mi-
-ctu, quòd ſi qua procul à mare abſti-
neque pulvis, neque aura, odorvé e-
-am permeare poſſit: excogitaverunt
funem à mare religatum ad fœmi-
-que producere, atq; ita quaſi maritali
copulatam, maſculi virtute clanculũ
-em irre[illegible]ente, fœcundam fieri, quæ
-n ea ſterileſcebat ſolitudine. Diopha-
-pq; autor Græcus Florentinum citat,
-næ amore *in Georgicis* ita diſſerentem:
inquit, amat, & quidem ardenter al-
-palmam: neq; priùs deſiderium in ea
donec ipſam amaſiam conſolari con-
Videre eſt ipſam arborem incurva-
non ferentem proprium pedamen-
-eque fructum producentem. Atque
-ſum agricolam non latet. novit enim,
-amet; quam verò amet, ignorat. Qua-
-r multas palmas contingens, rurſus-
amantem regrediens, eamque manu
-ens, quaſi oſculum mutuò miniſtrare
-r. Quam verò ipſa deſideret, affe-
-m, & ſi ita dicere licet, manuum nutu
modo ſignificat: ad illam enim
-t, & in illam ex toto ſe amanter in-
-amque quaſi amplectitur. Medela igi-

tur amoris eſt, ut agricola frequen[…]
ſculam contingat,& manus ſuas ama[…]
moveat: & maximè ut flores ex ſpat[…]
ſculæ decerpens,in caput amantis im[…]
ac veluti expetiti concubitus gratiam[…]
hoc namque modo amorem mitigat[…]
ma ipſa exhilarata de cætero opti[…]
pulcherrimum fructum fert. Cæteru[…]
maribus non gignere fœminas, ſp[…]
dito nemore,confirmat quoque Plin[…]
*13.cap.4.* imò verò circa ſingulos plu[…]
tare in eum pronas blandioribus com[…]
lum erectis hiſpidum, afflatu, viſuq[…]
& plures etiam reliquas maritare. H[…]
bore excisâ viduas pòſt ſterileſcere fœ[…]
adeoq; eſſe Veneris intellectum, uti[…]
etiam excogitatus ſit ab homine ex m[…]
flore & lanugine, interim verò tantu[…]
vere inſperſo fœminis. Quæ ne quis f[…]
ſa ſuſpicetur, iſtiusmodi amoris atqu[…]
jugii exemplum id genus arboris in[…]
quoque dedêre. Cujus rei celebris te[…]
*Jovianus Pontanus.* Jovianus Pontanus, Alphonſi Junior[…]
politani Regis eo tempore præcepto[…]
piſtolarum magiſter, Philoſophus, [...]
ac Poëta inſignis,& quem fabulas pro[…]
ria,de re maximè ſuo tempore omni[…]
ſpicua, ſcribere puduiſſet, Hic igitu[…]

at palmas, marem unum Brunduſii, ... am alteram Hydrunti, quæ diu ſteri- ... manſerint, donec ſcilicet paulatim ... ſcentes, nondum alteram altera con- ... poterat: Ubi verò tantum adolevêre, ... invicem conſpicere potuerint, longo ... umlibet multorum ſtadiorum tractu ... ntes, fœtificare cœperint. Sed cur non ... audiamus Pontanum?

*Brunduſii latis longè viret ardua ter. ...*
*Arbor, Idumæis usq; petita locis:*
*Altera Hydruntinis in ſaltibus æmula Palma,*
*Illa virum referens, hæc muliebre decus.*
*Non uno crevère ſolo, diſtantibus agris,*
*Nulla loci facies, nec ſocialis amor.*
*Permanſit ſine prole diu, ſine fructibus arbor*
*Utraq;, frondoſis & ſine fruge comis.*
*At poſtquam patulos fuderunt brachia ramos,*
*Cœpère & cœlo liberiori frui:*
*Frondoſiq; apices ſe conſpexère, viriq;*
*Illa ſui vultus, conjugis ille ſuæ:*
*Hauſere & blandũ venis ſitientibus ignem,*
*Optatos fœtus ſponte tulère ſua.*
*Ornarunt ramos gemmis, mirabile dictu,*
*Implevêre ſuos melle liquente favos.*

Quos

*r farra* intelligit *farinam*. ut proinde
aceum & farreum ſit *farinaceum*. Unde
e Porrigine:

*Deſinet intereà glomerari farrea nuces.*

enim caput pectitur, velut farinæ quæ-
ubes è capite cadit. *Turneb. lib. 17. cap.*
quippe *Porrigo*, morbi quoddam ge- Porrigo.
à porrigendo, id eſt, extendendo ſic
. Creſcendo enim porrigitur: &,
ſus ſcribit, in capillo, barba & ſuperci-
citur, ubi acutæ (quidam *à cute* legunt)
m quaſi ſquamulæ ſurgunt. Lucilius
rbo conflictatum vocat

*Triſtem, & corruptum ſcabie, & porrigi-
nis plenum.*

porrò acuto ſive acido *vapidum* aut
um &, languens opponitur, quod Per-
pellat moriens:

*Pannoſam fecem morientis ſorbet aceti.*

ubi per fecem pannoſam, intelligit... quòd in fece inſunt flocci quidam &...

*Flos.* *Flox.* *Vinum.* Tria autem in vino: *Flos*, *Flox*, & quod... priè *Vinum* dicitur. Cæcilius: *Ego ne...* *rem, neque floces volo: mihi Vinum volo*, ... *Floce* quidem hactenus. *Flos* autem, ... odor & fragrantia. Plautus Curcul... Flos veteris vini naribus objectus eſt... Et paulo pòſt:

*Nam omnium unguentûm odor p...*
*nautea eſt.*
*Tu mihi ſtacte, tu cinnamomum, tu...*
*Tu crocum & caſia es, tu bdeliũ. N...*
*Tu profuſus, ibi ego me pervelim ſep...*
*Sed quum adhuc naſô odos obſequi...*
*meo,*
*Da viciſſim meo gutturi gaudium.*

Sed & vini ſuavitatem per *florem* intell... dem Plautus innuit in Ciſtellaria, ita L... introducens loquentem:

*Quiaq; adeò me complevi flore Liberi...*
*Magis libera uti lingua conlibi...*
*mihi.*

ubi, *flore Liberi*, idem valet, ac *vino ſua...* Nam & tale eſt jucundiſſimi odoris. ... quam etiam Flos vini interdum di... quum vinum in ſupremo tenuem qu... habet ſpinàm. Plinius *lib. 14. cap. 21.* Flo...

dus probatur: rubens, triſte ſignum
onis vini colos ſit. Iterum: Quod ce- „
r florere cœperit, odoremq́; trahere, nõ „
it diutinum. De vino autem ipſo ſatis à „
dictum eſt *lib. 1. tit. De Cellis.*

Ac quoniam de Samiis nonnulla hacte-
iſſeruimus; non diſſimulandum hoc
erit, quòd Ariſtophanes *in Babyloniis,* *Samii litera-*
lum Samiorum *literatum* nominavit, *ti,*
iſſimè alludens ad ſtigmata frontibus
um inuſta: adeò ut vulgò jactatum ſit,
s neminem eſſe literatiorem: ſive quòd
à tyrannis exhauſti, ob paucitatem 1.
m, jus Civitatis quinis Stateribus ſer-
ui fortè jam notis erant compuncti, cõ-
unt, ut auctor eſt Ariſtoteles *in Repub.*
*rum*: ſive quòd apud Samios repertæ 2.
nt literæ XXIV. à Calliſtrato, ut An-
*in Tripode* tradit: ſive quòd Athenien-
mios captos urendo notabant *Samæ,* 3.
rat Samii navigii genus. Cœlius Rho-
us *libro ſeptimo Antiquar. lect. cap. 31.* Sa-
m nominat, quod navigium fuiſſe ait *Sama*
um, hoc eſt, bireme, rotundum, conca-
c in ventris ſimilitudinem formatum,
re percurrere & celeriter converti poſ-
jus auctor exſtiterit omniũ primus Sa-
i tyrannus Polycrates. Unde etiam dici

*Samænam* interpretatur Plutarchus. A-
nienſibus contrà captivis Samii *noctua*
thenarum inſigne, frontibus inurebant
pari rependentes, ut eſt apud Suidam.

*Piſtorii ſervi literati.*

Eadem ratione Lucius Apulej
ſtorios ſervos, Plauti Olympionem imi
*literatos* appellat, quòd in fronte nota
rarum haberent cauterio inuſtas. Cujus
ipſamet verba, quoniam elegantiſſim
primunt inſtrumentum piſtorium, cu
piſtores, hoc eſt, ſervos qui piſtrinum
cent, Ulpianus ineſſe putat in *l. cùm de*
*nis. 18. §. 1. ff. de Inſtru. & Inſtr. legat.* hui
ſi apponerem, non abs re fore duxi. Dii
(inquit Apulejus *lib. 9. de Aſino aureo*) q
illi homunculi vibicibus livedinis tota
tem depicti, dorſumq; plagoſum ſciſſili
tunculo magis inumbrati, quàm ob
nonnulli exiguo tegili tantummodò p
intecti; cuncti tamen ſic tunicati, ut
per pannulos manifeſti, frontes litera
capillum ſemiraſi, & pedes annulati, cu
rore deformes, & fumoſis tenebris va
ſæ caliginis palpebras adeſi, atque adeò
luminati, & in modum pugilum, qui p
ſculo perſperſi dimicant, farinulento c
ſordidè candidati. & quæ ſequuntur.
tinus quoque ſervus ille feſtiviſſima cit

tione piſtrinum deſignat, cùm ita ait: n me illuc ducis,ubi lapis lapidem terit? lent nequam homines, qui polentam tant,apud fuſtidinas ferri crepidinas? uva hominum corpora mortui incurſant es? Sed & Thracibus inprimis familiare, Nobilitatis inſigne erat, ſi ſtigmatibus t notati, vel, ut Cicero loquitur, notis punƈti. Is enim *libro 2. Officior.* de Aledro Phereo ſcribit, quòd cùm ex epulis heben uxorem veniret, Barbarum, & quidem compunƈtum notis Threiciis, iƈto gladio,jubebat anteire. Nam, ut nani imperatores Prætorianis militibus nturionibus ad cædem uti ſolebant: ſic Tyranni Thracibus earum rerum miis & ſatellitibus utebantur. Proinde ab m Cicerone *ad Piſonem* ſcribitur: Conn veſtrum tanquam aliquem Thracem dem faciendam conduceret. quod Anus Turnebus reƈtè obſervavit *libro 13. verſ. cap. 16.* Frontem autem notis ſive s inuri conſueviſſe, præter ea, quę modò nus, ſatis probatur ex Plinio *in Panegyri*is verbis: Exſanguem & ferream fronnequicquam convulnerandam præbeunƈtis, & notas ſuas rideant. Hinc *ipti vultus*, apud Plinium Secundum

*Thraces notis cōpunƈti.*

*libro 18.* quales erant ſervorum fugitivo[rum]
ut ex Ulpiano colligitur *in l. 1. §. tamdiu*
Servi fugitivi compuncti *fugitiv.* Ubi fugitivi ſervi tamdiu cuſto[diri]
jubentur, quamdiu ad Præfectum Vigil[um]
vel ad Præſidem deducantur; eorumque
mina & notæ (hoc eſt, ſtigmata front[i]
inuſta) ad Magiſtratus deferantur. H[inc]
*Notum fugitivorum Epigramma,* Petro[nius]
Arbiter. Et Quinctilianus *Si quis fugitiv[is epi]gma ſcripſerit.* Quemamodum enim Vete[res]
non omnes indiſtinctè ſervos cuſtodir[e so]lebant: ſed eos duntaxat, qui integræ [opi]nionis non erant, ut furaces, & ut Ca[jus]
ait, herifugæ, fugitivi, &c. qui quales ſin[t ex]
Ulpiano cognoſcitur *in l. quid ſit, 17. ff. d[e ædi]lit. edict.* Ita etiam non quoslibet paſſim [ser]vos; ſed perditos tantùm & robuſtioris [im]probitatis, in ore notabant. qui propt[erea]
Stigmatiæ. *Stigmatiæ* dicebantur, & ne manumiſſi [qui]dem juſta libertate fruebantur: quales in[sup]re erant Dedititii. Dedititii. *Johan. Bodin. de Repu[b.] lib. 1. cap. 5.* per quos Cajus intelligit eos, [qui]
poſt admiſſa crimina ſuppliciis ſubditi[,]
publicè pro criminibus cæſi ſunt: aut in q[uo]rum facie vel corpore, quæcunque ind[icia]
aut igni aut ferro impreſſa ſunt, ut de[leri]
non poſſint. *Cajus l. 1. cap. 1.* Sic & Ulp[ia]nus Dedititiorum nomen eſſe ait, qui[...]

uſsâ vincti ſunt à domino, aut quibus ia ſcripta fuerunt. *Inſtit. cap. 1.* qui-dde, quæ de Dedititiis ſcripſit Alcia- *ro primo parerg. cap. 14. & 16.* & Sylveſter brandinus *ad §. Libertinorum. Inſtit. de n.*

A ſtigmatibus iſtis legas *ſtigmaticos ſer-* otis compunctos, apud Pollucem *libro 3. a.* quos Tertullianus *Subverbuſtos* ap- , *libro de Pallio*; Plautum ſcilicet imita- uum ait: *Subverbuſti*

*Ulceroſam, compeditam, ſubverbuſtam, ſor-* *L.* ubi Subverbuſtam, Feſtus inter- tur, veribus uſtam, quaſi *ſub-veru-uſtã*. Rectiùs, opinor, quàm Turnebus; *bro 14. Adverſar. cap. 1.* Subverbuſtam nit, ſub verberibus uſtam: quemadmo- Horatius

——*uri virgis, ferroq́; necari*

at *lib. 2. Satyr. 7.* & *Ode 4. Epod.*

*Ibericis peruſte funibus latus:*

â ſcilicet Metaphorâ ab igni: quòd vir- m & funium ictus Corpus urant: non atque ſtylis ulmeis circumſcribi Plau- xit in Pſeudolo: *Quaſi in libro cùm ſcri- r litera calamo; ſtylis me totum ulmeis cir- ribito.* Quo ſenſu flagella latus conſcri- e dicuntur Catullo:

*Ne laneum Latuſculum, nateſq;*
*cellas*
*Illuſa turpiter tibi flagella conſcri*
*lent.*

In cujus tamen ultimi verbi locum, pr
tri ratione, vel *conſigillent*, cum Mureto
cum Scaligero, *concribillent*, ſubſtituer
cribello. Legimus tamen, ſfugitivos
doque & pedum amputatione coërce
litos; atque adeò qua parte peccaſſent
dem mulctatos. *l. 3. C. de ſerv. fugit.* ſicu
ſario inciſos digitorum nervos, Alex
decreto Lampridius; Claudii, præciſa
nus, Suetonius ſcribit. Idem, Galbam
mulario non ex fide verſanti pecunias
nus amputaſſe ait, menſæque ejus ad
Quam pœnam abſcindendæ manus
Exactori, non ex legis præſcripto apo
conficienti, Juſtinianus indicit, *Nov*
quemadmodum Conſtantinus Leno
perſuaſori jubet liquido plumbo meat
ris claudi. *l. 1. C. Theodoſ. de raptu v*
quamvis id pœnæ genus etiam anteà in
fuiſſe, fidem faciat Horatius, quum in
nit:

**Pars peccans punita.**

*——— nec ſeverus*
*Uncus abeſt, liquidumq; plumbum.*

Si

ter & in eos, qui maſcula Venere ute-
r: quod vitium tam infame eſt Augu-
ut in vitioſis hominum moribus vix
t inter tormenta confeſſionem; adeo-
ontra naturam cenſetur, ut non in bru-
ntùm beſtiis abominabile ſit: (ſi enim
á abſente gallus gallum ineat, vivum
omburi Grillus dicebat apud Plutar-
) ſed & Naturæ inprimis, generique
no inimicum rectè putetur: ſiquidem
antum in ſe eſt, hominum genus ex-
at, & juxta Platonem *libro octavo de le-*
, ibi ſeminet, ubi non poſſint radi-
i: In eos (inquam) Juſtinianus pœ-
lanè convenientem ſtatuit. Nam qua
rant tam ignominioſi, hac eos pri-
mperabat, ut Zonaras prodidit. Quid
? (ajebat) ſi ſacrilegium commiſiſſent,
é eis manus amputaſſem? Ut meritò à
iali rideatur, qui uxoris ſuæ mœcho na- *Naris ab-*
ſciderat, qua tamen corporis parte *ſciſsio.*
fuerat peccatum:

*Quis tibi perſuaſit nares abſcindere mœcho?*
*Non hac peccatum eſt parte, marite, tibi.*
*Stulte, quid egiſti? nihil hîc tua perdidit uxor,*
*Cùm ſit ſalva ſui mnetula Deiphobi.*

quanquam & Leo Imperator poſt
adultero, quàm adulteræ naſum
ſanxit. *Novella Leon. 32.* quæ pœna
lim & Ægyptiorum lege in mulieres
rat conſtituta, ut eſt apud Diodorum
lum *lib.2. Bibliothec.* Noverant quippe
entiſſimi Legumlatores, immoderata
indomitam fœminei ſexus ambition
libidine & voluptatibus, non tam ſeve
pœnarum, quàm formæ turpitudine
famia deterreri. Aliquando tamen ad
rium in viris caſtratione & virilium
ſione punitũ legimus. Unde illud Dio
de Didymone mœcho: Ἄξιος (ἔφη) ἐκ
μαλος κρέμασθαι. Nam Græca διδύμ
pellatione teſticuli intelliguntur,
[illegible]
lachis Longobardus adverſus Regem
Cunipertum bello conflato, juravit
ſtridiè victoriam adnuiſſet Deus, pute
num ſe Clericorum teſticulis oppletu
Cui impietati dicam, an crudelitati
quam voto fruſtratus, ſatisfeciſſe tame
citur, apud Cœlium Rhodiginum lib
*Lection. Antiquar. cap. 7.* Illud planè
çium ridiculum eſt, quo olim Athen
afficiebant pauperes in adulterio depre
ſos, Eis enim (ſit reverẽtia honeſtis aur

*Caſtratio.*

*Alachis.*

*Ridicula adulterii pœna.*

bant nates cinere calido: deinde etiã
os prægrandes in podicem immitte-
quam pœnam vocabant παρατιλμὸν
ανίδωσιν. Mugiles autem etiam inter-
d hanc rem adhiberi ſolitos, indicat
alis:

—*Quoſdam mœchos & mugilis intrat.*

Muretus ad illud Catulli Epigr. in Au-
n pathicum annotavit:

*em attractum pedibus, patente porta,*
*currens raphaniq; mugilesq;.*

ſi autem citra controverſiam verum
niviros illos, de quibus diximus, evira-
ad coëundum minùs reddi idoneos:
ntibus quippe Nicephoro & Zonara,
Macedonius Epiſcopus Conſtanti-
anus, ſub Anaſtaſio, falsò atq; factio-
Arrianorum & Manichæorum ab a-
ntulis, impuræ Veneris; & Metho-
atriarcha, ſub Michaële, ſtupri accu-
ent: Ambos, ut convincerent menda-
unicâ ſubductâ, oſtendiſſe, virilibus
e, & exinde à criminibus illis liberos
munes fuiſſe pronũciatos. Diſcepta-
n aliquãdo in judicio legimus, Utrũ
vel adulterii crimẽ etiam in Eunuchũ
Exemplo eſſe poteſt *Bagoas*, Eunu-
s in adulterio deprehenſus eſt, & mẽ-
bra

*Eunuchus an ſtupri inſimulari poſſit?*

bra in membris habere, ut XII. tab[ulis]
bantur. Accuſatus, eò confugit, [...]
nuchum diceret: Itaque in eo cri[men]
incredibile. Sed & ſi quid turpite[r]
nullam ſanguinis commixtionem, [...]
vé partum eſſe poſſe ex altero ſem[ine]
ceptum, ut ſit & dici poſſit adulter[inus]
furem, nec fugitivum, nec aleatore[m]
ulterum dici ex ſola animi cujuſq[ue]
ſitione, qui ſubtrahendi, fugiendi, [...]
di, corrumpendi ſolum conſilium [...]
runt. Hæc enim crimina adſum[...]
intelligi. Atqui in Eunucho etſi a[...]
certè quidem actum neque eſſe, ne[que]
telligi. hanc ob rem fuiſſe Eunuc[hos]
deliciis, & olim Reginis obſervandi[s]
poſitos à Principibus. Accuſator [...]
& conatum & actum in Bagoa fuiſſe, [...]
etſi ex tali coitu mulier concipere n[on]
tuit, neque ideò partum adulterinum [...]
(quanquam eſt apud Suidam, *Hermi[am]*
nuchum, *Pythiadem* genuiſſe: & ex ea [A-]
riſtotele filiam:) non eò minùs adul[terum]
eſſe, quàm ſi adulter aut junior, aut [...]
aut temulentior, aut debilior fuit, q[uàm ut]
gravidam efficeret. Non eventum [consi-]
derari duntaxat, ſed ipſam quoque t[urpitu-]
dinem: quæ eò tantò in Eunucho [...]

*etìam conatum puniri.*

d adulterium adulterino atque am-
xu, non ſolidâ innocentiâ, atque
dicitiâ removet. Laudat Martia-
itiani tempora; quòd iis nec adulte-
etiam marium exſectiones eſſent li-
um anteà utrumque pro luſu habe-
& tantùm non ipſi quoque Eunuchi
rentur. Sic enim gratulatur Domi-
*lib. 6.*

*uſus erat ſacræ connubia fallere tedæ:*
*Luſus & immeritos exſecuiſſe viros.*
*traque tu prohibes, Cæſar; populiſq; futuris*
*Succurris, naſci quos ſine fraude jubes.*
*Nec ſpado jam, nec mœchus erit, te præſide, quiſquam.*
*At prius (ô mores!) & ſpado mœchus erat.*

in VI. Synodo Conſtantinopolita-
od de ſubintroductis mulieribus ve-
none continebatur, ne videlicet cum
s habitarent, id etiam *Eunuchis* præci-
bſervari; niſi quòd in eorum per-
tuperatio aliqua naſci poteſt? cùm

tralatitium ſit, ſpadonibus maximè
fœminas, quibus volupe eſt, Veneri
bris titillari potiùs, quàm concipe
parere. quod idem Martialis indica
mine:

*Cur tantùm Eunuchos habeat tu*
*quæris, &c.*

Nec diſſimulat Horatius, cùm
ita canit:

*Sunt quas Eunuchi imbelles,*
*ſemper*
*Oſcula delectant, & deſperatio ba*
*Et quòd abortivo non eſt opus.*

*Eunuchi cur tam grati.* Eunuchos enim generationi impar
ſus eſſe, etiam Galenus prodidit *lib.*
*part.* ut qui fœcundum ſemen non h
ſed quod in virgæ flexibus hærens,
nequaquam poſſit. Quò fit, ut, qu
frequenter erectâ ſunt mentulâ,
matis tamen emittant nihil; Regin
aliiſque matronis, qui ſine concep
ardebant, ſpadones hi multum fu
deliciis. *Johan. Brechæus ad l. ſpadonu*
*de verborum ſignific.* Ejusmodi M
conjugali conſuetudini virginitatem
ponunt quidem: cæterùm liberorum
rio punguntur nullo, nec in id dant
ut ex ſinu ipſarum fœtus efflorcat.

*l.27.* contra naturale honeſtarum ma-
um votum, quibus maxima cupiditas
conſtituta, & quas natura ad hoc pro-
ſſe dicitur, ut partus edant; atq; ita au-
, & multis hominibus legitimè pro-
frequentetur Reſpublica. *l. 3. C. de*
*vid. toll.* cùm, ex Pomponii ſententia,
nè neceſſarium ſit, liberis civitatem
*l. 1. ff. ſolut. matrim.* qui potiſſimus ma-
onii finis eſt: quod ut magnum ſanè ex- *Matrimonii finis.*
q; donum à Deo creatore ad morta-
manavit. Non modò enim naturæ
ingluviei obnoxiæ opem fert, huma-
eneri perpetuitatem elargitur, id dum
depaſcitur, non deperire ſinens: ve-
iam per liberorum procreationē per-
alioqui hominum vitæ præſtat. Nam
â, quæ ex liberis percipitur, voluptate *Liberorum procreatio.*
ectandos hominum animos ſuavius?
ò, quid in humanæ vitæ negotiis, cùm
m quæ in ſenectute nobis ſe offerunt,
? quandoquidem levari ſenectutis
as liberorum miniſterio videmus: ut
eſt Imp. Leonis oratio, *Novell. 26.*
commoditatibus cunctis miſerè de-
tur, quibus hic matrimonii finis
non eſt propoſitus. Verunta-
inquit in propoſita facti ſpecie Lu-

cianus) Judicibus adulterii crimen i
nucho perſuaderi non potuit. N
vir non eſt, quomodo erit adulterium
que Reum abſolverunt; adulterii q
ut opinatur P. Ærodius *Rer. judicat*
*tit.1. cap.21.* Sed tamen extra ordin
buit puniri, propter voluntatem per
ſæ libidinis; licet omni effectu ſceler
potuerit potiri. Nec verò non debet
mis commendari laudabile *Combali* fi
quo & caſtitatem in dominam, fidem
rum abundè fuit conteſtatus. Id ideo
memorare vel propterea minùs du
quòd adulterii crimen in Eunucho i
bile eſſe, evidenter inde evincatur. Se
igitur Rex Aſſyriorum, Junonis pl
cauſſa Stratonicem uxorem juſſit in S
proficiſci, ibique in ſacra civitate con
re templum. Quapropter & pecu
ſtodem, & exercitui ducem, & comit
xori conſtituit Combalum, formoſi
adoleſcentem. Is contrà, diu mult
recuſavit. Etenim verebatur, ne tant
ris invidiâ, in ſuſpicionem probri c
duceretur. Itaque ut ſibi metum
ſublevaret, audet facinus admirand
ſecat ſeſe, & virilia vaſculo obſignat
cùm proficiſceretur, Seleuco Regi d

*Combali fides erga herum.*

mmendat, & obteſtatur, tutum inte-
que ut in reditum ſervet. Tunc ſe-
iter inſtituit. Unde ei verò prima ca-
s? ex Stratonice, ardet ea amore ad-
ntis, poſtremò ſimulat ebrietatem,
mbalo, ſi negaret, temulentia magis,
impudentia videretur. Obſtantem
malis conatibus verecundiam ebrie-
movet. Verumtamen cùm ea ſic ur-
ut alioqui manus ſibi allatura videre-
adoleſcens neceſſe habuit, rem conſi-
que ſuum mulieri prodere. deſiiſſe eſſe
, ne ei vir eſſe poſſet. Igitur amore
icitiam verſo, deinceps quidem ver-
cum eo confidentiùs atque familia-
Quamobrem inſimulatus apud Seleu-
ſtatim revocatur, habeturque in vin-
poſtremò citatur Reus. Rex coram
ribus accuſat: Eum & adulterium com-
, & fidem domino violaſſe, & impiè ſe
e erga Deam, cujus operi & cultui dum
t, tam ſpurca & flagitioſa perpetraſſet.
ut ſolet, qui congratulandi cauſſa, at-
dio Combali affirmabant, vidiſſe eum
abere cum Stratonice. Itaque, & quia
s nihil reſpondebat, damnatus eſt.
rò ad ſupplicium trahitur, clamare
(inquit Lucianus) ſe non impudici-

tiæ, ſed avaritiæ cauſſa crudeliter in
nempe quò Seleucus intercipiat val
quod ejus fidei commiſiſſet abeundo,
ut vitaret hanc ſuſpicionem, coram
bus vaſculum jubet exhiberi. Tunc C
*lus*, reſignato vaſculo, & productis
Non me debueras, inquit, ô Seleuc
re, apud quem erat domi tuæ tam præ
ſenſio. Itaq; Seleucus cū admiratione
legibus eximit: Calumniatores mor
nunquam Uxor apud maritum acc
eſt, aut afferri debet manifeſtiſſimum
Combalum, præmiis afficit. quibus
dignum quoque dixeris *Spurinam* ill
truſcū, excellentis pulchritudinis ad
tem: qui, cùm mira ſpecie complur
minarum illuſtrium ſolicitaret ocul
que viris ac parentibus earum ſe ſuſp
eſſe ſentiret; oris decorem vulnerib
fudit, deformitatemque ſanctitatis
dem, quàm formam irritamentum
libidinis eſſe maluit. *Valer. Max.*
*factorumq; memorab. libro quarto cap. 5.*
verò & faciei deturpatione, & viril
ſectione digniorem multò putab
lum Saturni ſacerdotem in Alexand
nomen fuit Tyrannus? Hunc R
*libro ſecundo Hiſtoriar. Eccleſiaſt.* narr

*Spurinæ caſtimonia.*

*Tyranni ſtuprum ſacrilegum.*

Dei ſui commento nobiliſſimas quas- mulieres ad ſtuprum & adulterium pel- ... e. Nam in Templo, dum viri ſup- ... bant, denunciabat, Deum poſcere ... e flagitare uxores: Juberent itaque vi- ... e in æde. Fatuos, atque religioſos pa- ... e. Nam & honori ducere, duxiſſe tam ... ntes, quæ Deo quoq; non displicerent, ... que ſe, quòd boni dimidium divide- ... cum Deo. Itaq; non mundiores ſolùm, ... donariis onuſtas, gratiſſimo lenoci- ... n templum perduxiſſe. Tyrannum, ſtu- ... um ſacerdotem, quò tutiùs falleret, ... eviſſe has ſolas in conſpectu omnium ... ducere: tũ claves alteri tradere: poſtre- ... quaſi longè aliò profecturus, diſcedere ... nplo. Sed concubia nocte, per occultos ... terraneos aditus, intra ipſum ſimula- ... n Saturni concavum, atq; parieti dili- ... r annexum, irrepere Sacerdotem: & ac- ... s luminibus, cum muliere precibus in- ... , per ſimulachrum ſermones amato- ... erere: deinde artificio quodam ex- ... s lampadibus, illudere mulieri. Lu- ... c exclamare cum P. Ærodio *lib. 8. Re- ... udicatar. tit. 1. cap. 17.* Prô Jupiter, quin ... exſecuiſti magis, quàm Saturnus avum! ... erò eſt, quòd fabuloſa hæc putemus;

*Dii mulierũ complexu potiti.*

cùm vetus olim ſuperſtitio crediderit, aliquando in terras deſcendere, ut mul complexu potirentur: ac ſæpè eo com to illuſtres fœminæ adulterii dedecus verint, quum Deus culpæ auctor eſſe neſtior: ut verè monuit Anti-Machia *libro ſecundo De Regno. theorem. 5.* Sic

*Scamander virginitatis prælibator.*

ſub Scamandri perſona, qui fluvii illi cognominis Deus putabatur, Cimon frutice latitantem Callirhoes ibi la pudicitiæ inſidiatum legimus apud nem *in Epiſtolis.* Mos enim erat patrius Ilienſes, in terra Trojana, ut quæ virgi anno nupturæ eſſent, hæ ad Scaman fluvium appellerent, ibique lotæ hæc pronunciarent: Accipe meam virgini ô Scamander. Tum igitur *Cimonem*

*Cimon.*

arundinibus redimitum, ut fuco facto eſſe videretur, & ornatu eo proſilient ſpondiſſe dicitur: Tibi adſum ô virgo cipio lubens. Atque ita puellam illu tam familiâ rapuiſſe, & virginitatem delibaſſe. Sic & *Decium Mundum* sub

*Decius Mundus.*

bis Dei ſpecie, Paulinam Saturnini ux honeſtiſſimam alioquin matronam a nam & complexum appellaſſe, cùm Jo Antiquitat. *lib. 18. cap. 4.* tùm Zonar didit *Annal. Tom. 1.* Poſſent hæc levi

i ipſum etiam Jovem , quovis ſtupri, erii,inceſtus crimine notatum , turpiſ- iſtius libidinis ſuæ explendæ gratiâ, Tauri, mox Cygni, modò Auri, quan- e & Satyri formam induiſſe, fabuletur uitas. Hinc illud in Jovem epigramma, ex Græco ita reddidit Natalis Comes *Mytholog. cap.1.* *Iovis ſtupra*

*Fit Taurus, Cygnus, Satyrusq; Aurumq; ob amorem*
*Europæ, Ledes, Antiopæ, Danaës.*

eda tamen variatum video. Sunt, qui ndicant cum Leda Tyndari Regis fi- uam deperibat, ſub Oloris ſive Cygni fuiſſe congreſſum , atque inde Hele- procreatam. Sunt qui id Nemeſi in em à Jovæ transformatæ tribuant. A oſteriore ſententia etiam ſtare videtur nius *Epigr 55*. de Caſtore, Polluce & He- quos tergemino ovo Nemeſin pepe- Ledam foviſſe putat. *Leda partus.*

*Iſtos, tergemino naſci quos cernis ab ovo,*
*Patribus ambiguis, & matribus anſere natos.*
*Hos genuit Nemeſis: ſed Leda puerpera fovit.*

*Tyndareus pater his, & Juppiter: hic p[...]*
*hic ſcit.*

*Nemeſis.* Nemeſin igitur Auſonius Helenæ ma[...] Ledam alumnam facit, Græcos ſcilicet [...]tatus, qui talem huic rei fabulam com[...]ſcuntur. Nemeſin (inquiunt) cùm de[...]ret Jupiter, ut à puella admitteretur, [...]quibat impetrare. Ad dolos ergò a[...]riè converſus, juſſit Venerem in Aq[...] deformari; Ipſe Olorem induit: mo[...] ut qui Aquilam nimis metueret, rap[...] proripere cœpit, ac velut compavidus [...]bras quærens, in puellæ devolat grem[...] Quæ neſcia quantus inſideret miſeræ [...] illum placidè ac geſtiens excepit; ſed [...]minis è veſtigio in ſoporem vertitur. [...]tum nimis opportunè comprimit Jup[...] in Anſerem deformatam. Actis deniq[...]ſibus parit illa ovum, quod auferens [...]curius Spartam detulit, ac ſedenti Le[...] gremium projicit: ex quo nata fertur H[...]lena: quam Leda, ut filiam habuerit, [...]ritque materno confovens adfectu. [...]

*Mortuorum nomina immutata.* hanc controverſiam omnem dirimi[...]ctantius, Ledam illam Helenæ ma[...] poſt obitum Nemeſin fuiſſe transno[...]tam docens. Solent (inquit *divin*[...] *ſtit. libro primo, cap. 21.*) mortuis con[...]

na immutari. Credo, ne quis putet eos nes fuiſſe. Nam & Romulus poſt mor- *Quirinus* dictus eſt, & Leda *Nemeſis*, & *Marica*; & Ino, poſtquam ſe præcipi- *Leucothea*, materq; *Matuta*: & Melicer- lius ejus *Palæmon*, atq; *Portunus*. E qui- erbis patet, Ledam mortalitate exſutã, elis appellationem accepiſſe: quomo- Ariadnen immortalitate donatam, *Li-* fuiſſe dictam annotat Probus gram- cus: & Melicertem à morte *Glaucum* nominatum ſcribit Nicanor Cyrenæ- Cauſſam verò, cur ex ovo prognata dica- Helena, reddere conatur Clearchus in toriis, ſcribens ὠϊα, hoc eſt, ova anti- s dictum fuiſſe cænaculum, locumvè orem tabulati in ædibus, ſeu contigna- em. Poſterior ætas ὑπερῷον, quaſi ſupe- ovum dixit. In qua ædium parte edu- quum eſſet Helena, opinione ſiniſtra evit vulgus hominum, ut ex ovo pro- cam crediderint. Nam quod, referente Rhodigino *lib.27.Lect.Antiq.c.17.* Neo- Crotoniata, ipſo etiam Herodoto He- ote approbante, ſcripto prodidit, Ovũ Helenę parens, è Luna fuiſſe delapſum: e ova parere Selenetidas ſive lunares nas, indeque naſcentes homines quin-

*Helena cur ex ovo prognata.*

*Mulieres ovipara.*

quies decies eſſe nobis ampliores : Id
pro fabula habet Hadrian. Junius *lib.1.*
*adverſ.cap. 15.*

Etſi autem Caſtratio, de quo pœ
*Caſtratio prohibita.*
nere modò diximus, non tantùm Se
cõſulto, quod Neratio Priſco & Annio
coss. factum eſt, *l 3. §. Item is qui. 4. & l.*
*6. ff. ad L. Cornel. de ſicar.* ſed & Prin
edictis, ut Domitiani apud Dionem &
tonium in Domitian. *cap. 7.* & Hadri
*l. 4. §. idem Divus. & l. 5. dicto tit.* in p
verò Juſtiniani conſtitutione, *Novel*
prorſus fuit interdicta ; ſive quòd id a
ſus publicam utilitatem eſt, quæ in ſu
endis liberis verſatur : ſive quia pau
ſic affecti ſanantur : Legimus tamen E
chos etiam præter fœminarum, quas
mus, delicias, ipſis quoque Regibus ma
*Caſtratorũ precium.*
fuiſſe in precio : quippe quos corpor
cuſtodes Cyrus adhibuerit, teſte X
phonte *lib.7. Pædiæ Cyri* ; & ſacris Princ
cubiculis rectè præponi poſſe, non ad
târit Leo Imperator *in l. jubemus. 4. C. d*
*poſ. ſacri cubic. lib. 12.* quo officio qui fun
tur, eandem Honorio & Theodoſio d
tatem habere dicuntur, quam qui emi
tiſſimam Prętorianam vel Urbanam m
rint præfecturam, aut certè militarem

am poteſtatem, hoc eſt, qui præfecti
rio, vel Urbi, aut Magiſtri militum fu-
*l. 1. C. d. tit.* ut non absq; ratione dixiſſe
tur Ulpianus, caſtratione precioſiores
ueros. *l. ſi ſervus. 27. §. & ſi puerum. 28. ff.*
*Aquil.* quos itidem libidinis & pro-
i cauſſa caſtrari Martianus dixerat *in l.*
*m is. ff. ad l. Corn. de ſicar.* Quanquam
i non poteſt, priſcis Romanor. mori-
os ſemper fuiſſe inviſos: quos gravi di-
o *Tertium genus hominum* nominavit A-
der Severus, apud Lampridium: cùm
viri, neq; mulieres eſſe credantur. *Fr.*
*enus ad rubr. C. qui teſtam fac. poſſ. verſ.*
*ius diximus quosdam prohiberi, &c.* ut me-
ommendari debeat Mamerci Æmilii
di Conſulis decretum, Genucio Eunu-
onorum poſſeſſionem ſecundùm tabu-
enegantis. Nam, ut auctor eſt Val. Maxi-
*lib. 7. cap. 7.* Genucius quidam, Matris
næ Gallus, à Cn. Oreſte prætore Urbis
traverat, ut reſtitui ſe in bona Næviani
et, quorum poſſeſſionem ſecundum
as teſtamenti ab ipſo acceperat. Appel-
Mamercus à Surdino, cujus libertus
ucium hæredem fecerat, prætoriam ju-
ctionem abrogavit: quòd diceret, Ge-
um amputatis ſui ipſius ſponte genita-

*Odium eorundem.*

ſibus corporis partibus, neque virorum que mulierum numero haberi debere veniens (ait Valerius) Mamerco, con ens principi Senatus decretum: quo ſum eſt, ne obſcœna Genucii præſen quinataq; voce, tribunalia magiſtra ſub ſpecie periti juris pollucrentur. R *Inquinata voce*: quandoquidem morbo cuntur Paulo, quibus tam neceſſari corporis penitus abeſt, *l. ſin autem.* 7 *ædilit. edict.* hoc eſt, qui virilitatem ami ut apud Ulpianum Divus Hadrianus to tur, *d. l. 4. §. 2. ff. ad l. Corn. de Sicar.* A hanc partis iſtius neceſſitatem haud dub tis expendit fœmina illa, cujus apud L prandum Diaconum *libro 4.* non illepi ſtat hiſtoria: Theobaldus Umbrorum (ait Diaconus) adverſus Græcos, qui B ventum tenebant, bellum gerebat. Is q cunque ex hoſtium exercitu captivos ſ poterat, amputatis virilibus dimittebat nec quædam mulier ante eum gemebu hominum Deûmq; fidem implorans co tit: Quid, inquiens, Theobalde, fœmina mus, ut bellū nobis indiceres? Haudqu nos Amazones ſumus, ſed Minervæ o bus deditæ: armorum uſum tenemus lum. Quid ergo virorum noſtrorum

am

*Caſtrati morboſi.*

*Theobaldus.*

...as, noſq; noſtris voluptatibus privas? ...lis oculi, ſunt nares, ſunt manus: quid ... quæ noſtro uſui Natura conceſſit, belli ...producis? Quo ſermone delectatus ...baidus, ei pœnæ modum impoſuit. ...bat ſcilicet pudiciſſima fœmina, quavis ...quàm tam nobili corporis parte Mari... deſtitui: qua una diſcordantes Conjugũ ...os, ſi quod fortè inter eos intercederet ...ſculum, ut Ulpianus loquitur *in l. cum ...us. 32. §. quod ſi. 12. de Donat. int. vir. &* ...(per quod leve aliquod jurgium intel...um Papiniano *in l. quod ſi. 31. de jure dot. ...liberis. 27. de pact. dotal.*) noverat in gra... & concordiam redigi poſſe; & rectiùs ...or, quàm ſi vel ipſum *Deæ Viriplacæ* ſa...m ipſis foret ingrediundum. Nam, ut ... Victore Valerius Maximus *lib. 2. cap. 1.* ...oriæ prodidit, quoties inter virum ...orem aliquid jurgii interceſſerat, in ſa...m Deæ Viriplacæ, quod eſt in Palatio, ...bant: & ibi invicẽ loquuti, quæ volue... contentione animorũ depoſita cõcor... vertebantur. Dea nomẽ hoc à placãdis ...ertur aſſequuta: venerãda quidẽ, & ne...n præcipuis, ſed exquiſitis ſacrificiis co... utpote quotidianæ ac domeſticæ pacis ...s, in pari jugo charitatis ipſa appellatiõe

*Mulierum peculium.*

*Fribuſculum*

*Dea viriplaca.*

virorum majeſtati debitum ac fœmin dens honorem. De illa porrò diſco um conjugum conciliatione aliquan luſi Epigrammate:

*Hiſpano nuptura viro Romana pu*
*Audit ut mutili flaccida memb*
*ci,*
*Membra, quibus ſtabilem figit L*
*ſedem,*
*E quibus arcitenens ſpicula vibr*
*mor:*
*Non mihi (dicebat) fuerint Conn*
*tanti,*
*Ut cupiam mutilo nubere ſtulta*
*Namq; maritales forſan diſcordia te*
*Si turbet, quanam parte redibit a*
*Scilicet eſt Medium, quo concilia*
*mantes,*
*Mentula: quâ demtâ, grati*
*ſubeſt.*

Sed quò prolabor? Da veniam, Le quandoque digrediar, & excurram lo Hac enim rerum varietate tibi lègen dium ſublevare geſtio, ut mihi ſcribe borem non leviter mitigari hoc mod tio. Ut igitur ad literarum inuſti

nobis ſermo erat, redeamus tandem: neutiquam prætereundum cenſeo, Calumniatorum & Delatorum fron- ejusmodi punctis & ſtigmatibus inſignitas. quod Cicero diſertè innu- *Roſcio Amerino*, cùm ita ſcribit: Crura vobis nemo ſuffringet: ſed ſi ego bene novi, literam illam, cui vos usque inimici eſtis, ut etiam omnes oderitis, ita menter ad caput affigent, ut poſtea ne- alium, niſi fortunas veſtras accuſare is. Quibus verbis illudens Cicero, *um ignaros* appellat eos, qui accuſatio- ſtitabant, & odio literæ illius, qua no- frontes de Calumnia damnatorum, as omnes eis literas inviſas jocatur. enim illa alicujus literæ inſigne habe- delatore fortaſſis D. in Calumnia- C. ut Turnebus conjicit *libro octavo erſar. cap. 22.* vel, ut Cujacius docuit, mniatores litera K notabantur. *Cujac. ui lege. ff. qui teſtam. fac. poſſ. & ad Tit. C. mniator.* quanquam illum Ciceronis Aſconius *in 3. Verrina*, de Con- tionis litera accipiendum putat. Eam Græcorum Theta fuiſſe, conſtat ex il- lii:

*Calumniatores: Delatores notati.*

*Et potis eſt vitio nigrum præfigere Theta.*

*Theta, litera condemnatoria.*

Hinc Auſonius mortem Euno pa imprecans, ita canit:

*Tuum nomen Theta ſectilis ſigna.*

Et Martialis Theta id mortiferum ſignum:

*Noſti mortiferum Quæſtoris, Ca gnum:*
*Eſt operæ-precium diſcere T vum.*

ubi per Theta novum, intelligit Po vum mortis ſignum, quo Domitian ſtorem quendam notat, qui loco Th us alioquin uſitatiſſimi ſigni, alia q novitate percuſſori indicabat, quot quem vellet interfici; naſum videlicet gendo. Unde addit:

*Exprimeret quoties rorantem fri ſum,*
*Lethalem juguli juſſerat eſſe nota*

*Pollex converſus.*

Cæterùm in gladiatoriis muneribu demnationis ſignum erat converſus Nam qui eum, qui adverſario ſuccu occidi jugularique volebat, pollicem bat. *Juvenal. Satyr. 3.*

*Munera nunc edunt, & verſo poll*
*Quemlibet occidunt populariter.*

& Prudentius *lib. 2. contra Symmach*

libus, quæ gladiatores Romæ in emipodio ſpectabāt; quod decus & honos perpetua eis virginitate tribuebatur, ita

*——conſurgit ad ictus,*
*Et quoties victor ferrum jugulo inſerit, illa*
*Delicias ait eſſe ſuas, pectusq́ jacentis*
*Virgo modeſta jubet converſo pollice rumpi:*
*Ne lateat pars ulla animæ vitalibus imis,*
*Altius impreſſo dum palpitat enſe Secutor.*

quam negari non poteſt, Athletarum diatorum ſpectaculis quandoq; adhi- quandoq; etiam ab iis coërcitas fuiſſe les: ut rectè annotatum eſt à Joh. Ber- *ad lib. 1.* Thebaid. Statii. Quòd ſi qui lo pollice damnabantur, ii infeſtis Spectatoribus pugnare dicebantur Suetonio, *in Julii Cæſaris. cap. 26.* Gladiatores notos, infeſtis Spectatoribus dimicarent, vi ndos ſervandosq́; mandabat. Quò per- illud Poëtæ veteris, damnatorium illū em infeſtum appellantis: *Veſtales an ſpectaculis adhibitæ.*

*Sperat & in ſæva victus gladiator arena,*
*Sit licet infeſto pollice turba minax.*

rà pollices ſolebant premi, cùm ex atoribus alicui favebatur. Unde Pli- *bro 28. cap. 2.* Pollices, inquit, cùm fa- *Pollex infeſtus.* *Pollex preſſus.*

veamus, premere etiam proverbio jub
Quò haud dubiè ſpectat illud Horatii
*Epiſt.* 18.

*Fautor utroque tuum laudabit pollic*
*dum.*

Siquidem Gladiatores ſalutem & fa
ſpectatorum è compreſſu pollicis pro
bant: ſicuti ex ejusdem converſione
atq; interitum. Jam ſi pollicum alter ſ
ad favorem indicandum: uterq; in eu
ſtum adhibitus quàm maximè ſe faven
fitebitur. *Johan. Pierius libro* 36. *Hun*
*Turnebus lib.* 11. *Adverſar. cap.* 6. & Juſt
pſius *libro* 2. *Saturnal. ſermon. cap.* 22.
quàm in illo Horatii, verba iſta, *Utro*
*lice*, Porphyrioni ſynecdochicῶς po
dentur, pro utraque manu; cujus utri
comploſione ſive adplauſu, favorem
cari pervulgatum eſt.

Sed digni erant Calumniatores
latores illi (ad horum notas enim n
vertor) ut, quò à bonis omnibus a
poſſent, impudenti & ſceleratæ ip
fronti hodiè etiamnum Stigmata inu
tur. Sic enim & Linguarum iſtarum
lentiam atque improbitatem cohibe
ſe, & Nebulonum ejusmodi numer

n fore putarem. Vereor tamen, ne
hoc proclivius ſit, quàm ſperare: in
præſertim ubivis loci Delatorum fre-
tia: quos veteri Gallorum lingua *Mor-* *Mormoſeti.*
*ſetos* dictos putat Anti-Machiavellus, *de*
*no aut Princip. rectè adminiſtr. libro 1. theor.*
murmurando fortaſſis, quaſi Suſurro-
quòd fortuitos aliorum ſermones, &
mque tacendos, in aurem Principis le-
rmure inſuſurrent. Suidas certè ob
*gis aures* appellatos fuiſſe ſcribit Dela- *Delatores.*
, quòd per hos omnia Rex audiret,
b unoquoque agerentur: Sicuti & Sa-
*Regis oculos* nuncupatos idem aſſerit,
per eos Rex ſingula ſpectaret. quem
m, licet in Principum aulis frequentiſ-
n, reprehendens Ammnianus Marcel-
Conſtantinum Imperatorem graviter
apud cujus aures nimium patulas viru-
linguæ exiſtimationem viri fortis invi-
avi pulſarent.

Etſi autem olim lege Papia Delatori-
rta conſtituta erant præmia, & qui-
imidia illatæ multæ pars: Nero tamen *horum præmia.*
eps, Principum cæteroquin omnium
eſſimus, at hoc non malus, nimio illo
illectam volens comprimere Delato-

rum licentiam, quibus, ut cum Plauto d
in Pœnulo:

*Iſthinc eſt theſaurus ſtultis in lingua*
*Ut quæſtui habeant malè loqui melior*

quartam duntaxat partem eis ex pro
ptorum ſive damnatorum bonis præm
co conferri permiſit. Unde & *Quadr*
*tores* dicti Criminum publicorum De
res: qui pro Delationis præmio qua
partem in bonis damnatorum conſe
bantur. *Johan. Coras. libro 2. Miſcellan. c*
Nam omnia Delatoribus præmia e
propterea non conſultum putat Bo
*lib. 5. de Repub. cap. 3.* quòd his ſubla
ſit, ut ulla peccatorum ultio ſeq
Quemadmodum igitur venator cani
liſſima quæque ferarum membra ob
ſolet, ut talibus illecebris deinceps a
dam alacres efficiantur: Ita Legiſla
domeſticos leones ac lupos accuratè
& canibus Civitatis (quid enim vetat

*Canes Civitatis.*

tores hoc nomine notare? cùm ipſum
Oratorum genus Demoſthenes ita ap
verit: quemadmodum impios & avaro
curatores Bartolus canes curiarum, ex
tores pauperum, & devoratores civi
*omnes populi, q. 5. ff. de Juſtit. & jure*;

lambentes tribunalia ſenatus dixit, te. Antonio Ufillo in §. Tripli. Inſt. de actio. n. præmia quædam proponere neceſſe eſt. rchius in Lucullo. Cùm enim præpoten- o nihil gratius, aut Reipublicæ utilius quàm ab improbis pœnas exigere: modis ibus enitendum eſt, ut eò perveniri poſ- Loquitur autem haud dubiè Bodinus ita accuſandi ratione: quæ ut Reipubli- utaris eſt; ita perniciosæ contrà ſunt mniandi occaſiones. quod cùm aliis, erò ex Livio Manlii Capitolini Fu- Camillum calumniantis exemplo evi- r probat Nicolaus Machiavellus *libro de Repub. cap. 8.* ita adverſus Calu- ores procedendum docens, ut illos co- ex calumniatoribus Accuſatores fie- ſiquidem publicè probare queant, m eſſe, quod clanculum impinge- vel præmio aliquo, vel certè nullo o afficere: ſi probare nequeant; ſicu- nlium punire. Quæ doctrina non n juri divino, *Deuteron. 19. verſu 16.* 7. ſed & civilibus conſtitutionibus mis eſt: quibus ſancitum legimus, nõ ſimulanti, hoc eſt, Accuſatori accõ- dum eſſe adſenſum, quàm ſolenni inxerit, & in pœnam reciproci (hoc

*Inſcriptio accuſatoris.*

eſt, talionis) ſtylo trepidante recaven
*C. de exhib. & transmitt. reis.* quod ali
rius exprimitur: cùm quisquis ille e
crimen intendit, in judicium venire ju
nomen rei indicare, vinculum ſubſcr
nis arripere; ſciturus, non impunitat
licentiam mentiendi, cùm Calumnian
vindictam poſcat ſimilitudo ſupplicii
*C. de accuſat. & inſcript.* Quod verò
latorum præmia attinet: tantum ab
illorum partem eos ex proſcriptorum
ferre voluerit Titus Veſpaſianus, ut
eos flagellis ac fuſtibus cæſos, noviſſi
ductos per arenam Amphitheatri
ſubjici, in ſervos venireque imperârit
tim avehi in aſſperrimas inſulas. *Su*
*Veſpaſ. cap. 8.* Quin & Domitianu
les calumnias magna Calumniantium
repreſſit: ferebaturque (ait idem Su
*in Domitiano cap. 9.*) vox ejus: Princ
delatores non caſtigat, irritat. Quò
nio credimus, Trajanus de Delatorib
minum genere peſtilentiſſimo & inf
ſimo judicia exercuit, exemplo lat
& graſſatorum: quippe quos à bono
pe tollendos, non tantùm coërcendo
bat Plinius Secundus *in Panegyr.*
*jan.* quem laudat B. Briſſonius *libro*

*Delatorum deteſtatio.*

*Antiquitat. cap. 17.* cui adde, quod ſcri- reliquit Vincentius Caſtellanus *libro de Officio Regis, cap. 40.* ut jam de An- patriç proditore, & Pardali foribus i- ſuspensâ nihil dicam. Id enim latè quutus eſt Goropius. Et, quæſo te, ſcelestius Sycophanta? quid infeſtius io Largo? cui propterea Proculius, caſu n factus, os nareſq; manu compreſſit gnificans, iis qui cum eo erant, Largo tene quidem tutò licere reſpirare. *Ærod. lib. 9. Rerum Judicat. Tit. 8. cap. 14.* t alia omnia pro imperio Princeps: ſit lingua ſoluta legibus. Eâ liberâ, dice- guſtus, homines oblivisci ſervitutis. nim contra quod Corn. Tacitus *in ricolæ?* Sicut vetus ætas vidit, quid ul- in libertate eſſet: ita nos, quid in ſer- ademto, per Inquiſitiones, loquendi dique commercio. Memoriam quo- am cum voce perdidiſſemus, (inquit) in noſtra poteſtate eſſet oblivisci, acere. Si verba in Majeſtatem vo- r, quæ fora, quæ judicia ſufficerent? iam, qui Deos verbis ferocioribus in- t: neque ob id tamen ictum fulmine s, dicebant Rhodii apud Livium. obrem *Mecœnas* ſapienter: qui con-

*Lingua liber-tas.*

*Maledicentia non curata.*

ſulebat Auguſto, ne convitia audire
crederet, ne denique ulciſci vellet.
ut ait Lucianus, hæc inter Regem ac T
num differētia eſt, quòd hic ne leve qu
maledictum pati poteſt; ille, ſpernit
graviſſimis iraſci. Meritò igitur liter
monumentis commendatur *Pyrrhi* E
tarum Regis factum. De quo cùm d
venes Tarentini inter cœnandum ma
quuti eſſent, & neque res negari, neq
fendi poſſet; ideoque ratio repoſce
Tum unus ex iis, Imò (inquit) niſi li
defeciſſet, occidiſſemus te. *Pyrrhus,* h
cto, eos dimitti juſſit. Sic & *Antigonus*
juxta Prætorium milites pravè de eo l
rentur, neque exiſtimarent, ſe audiri
quid non longius abitis, (inquit) tu
curiusque obtrectaturi? Quis humanio
*lippo?* Quidam Arcadion Achivus de e
ſim malè loquebatur: Fuge (inquit)
hil hîc proficies cum tua maledicentia
ibi utere, ubi quis ſiem, neſciunt. Deb
licet ſufficere Principi, id eſſe domin
adſequutum, ne quis ei, ut maximè
nocere queat: quemadmodum Tibe
Auguſto dicebatur. Et quæ dementia
eum contumelioſum exſiſtere, & quic
dicere aut ſcribere, qui verbo, imò

poteſt proſcribere & occidere? Quemdum enim, qui pugno percuſſerit lapiſe, non lapidem, vulnerat: Ita, qui cipi maledicit, ſibi, non principi facit inm. Aut enim bonus eſt; &, ut dicebat Imp. nequit affici injuriâ. Aut ſubdu& magnitudine extra contumeliam eſt. ere pluribus diſſerit P. Ærodius, *Rer. m antiquit. judicatar. libro ſeptimo, tit. 1.* quibus addi poterunt, quæ à nobis exſunt *lib. 1. Rerum Memorabil. Tit. de mphis. fol. 637.* & quod ſcriptum reliquit dius Ptolomæus Epiſtolarum Italicar. *Epiſt. 24.* Incip. *Jo vorrei far con voi M. ello &c.* De illa porrò Delatorum imtate, quam Græci *periergiam*, Quinctiſupervacuam operoſitatem, *libro 8.* Ulpianus, proverbiali locutione, Deam curioſitatem appellat *in l. nec ſupina. de Jur. & fact. ignor.* non malè videtur ari poſſe illud Plauti de famigeratoriquentis in Trinumo:

*Qui omnia ſe ſimulant ſcire, nec quicquam ſciunt.*
*Quod quisque in animo habet, aut habiturus eſt, ſciunt.*

*Id quod in aurem Rex Reginæ dix*
*Sciunt. quod Juno fabulata eſt cum*
*Quæ neque futura, neque facta ſunt*
*ii ſciunt.*

*In facie ſcribere prohibitum.*

De quibus videatur Guilielm. Buda *plurimum. de jur. & fact. ignor.* & Johann raſius *libro ſecundo Miſcel. cap. 24.* Mo men Cujacus *ad tit. C. de Calumniator.* nam illam in facie ſcribendi jam olim viſſe. *arg. l. ſi quis. 17. C. de pœn.* cùm & nibus & in ſuris pœnam damnation inſcriptione comprehendi poſſe, Co tinus ibi reſcripſerit: quò facies, quæ ad litudinem pulchritudinis eſt cœleſti rata, minimè maculetur, *d. l. ſi quis.* & i feſſo ſit, caput ſive faciem principale tiſſimum hominis membrum eſſe, u jusque imago cognoſcatur. *l. cùm in ſis. 44. ff. de religioſ. & ſumpt. funer.* ut gravior injuria æſtimari debeat, ſi quis cie, quàm alia corporis parte fuerit n *l. aut facta. 16. §. qualitate. ff. de pœn.* *Inſtit. de Injur.* atque ideò etiam propt ſervus ab Uſufructuario cicatricibus mari non poſſit. *l. locum. 17. §. ex eo. ff. fruct.* quandoquidem Notæ verbo eti catrices contineantur. *Lege prima.*

...*o*, In Militibus planè ſolenne fuiſſe, ...rum brachia ſtigmate notarentur, Ac... ...us notat *in l.pen.ff. Ex quibus cauſ.major.* ... disertè probat *tex. in l. 3. C. de fabricens.* ... ubi Stigmata Fabricenſium (de Fa... ...nſibus autem *libro primo Tit.de Arma... ...ris, fol.619.* diximus) brachiis, ad imi... ...onem Tyronum inſligi jubentur. Ait, ...*itationem Tyronum.* Non omnes igi... ...ilites, ſed ſolos duntaxat tyrones no... ...fuiſſe innuit: quales erant Juniores il... ...i publicis ſtipendiis militari diſciplina ...uebantur, & Militiæ deſignati ad pu... ...exercebantur: pòſt deinde, ubi ſatis ...antur inſtructi, in numeros referebant... ...nec anteà militiæ privilegia habebant. ...t hoc Ulpianus *in l. ex eo. 42. ff. de Te... ...milit.* Ex eo tempore (inquit) quis ...militari incipit poſſe teſtari, ex quo ...*meros* relatus eſt: antè non. Proinde, ...ondum in numeris ſunt, licet etiam le... ...rones ſint, & publicis expenſis iter fa... ...s nōdum milites ſunt. Diligenter quip... ...eriq; veterum Imperatorum provide... ...ut peritum exercitatumq; militem ha... ...t: cui ſoli, non verò etiam tyronibus, ...n numeros nondum relati eſſent, mi... ... privilegia concederent. Conſtat au-

*Militũ brachia notata*

*& quidem tyronum.*

tem ex adductis modò Ulpiani verbis, dum *in numeros* dici relatos milites, cu lecti quidem ſunt, necdum tamen i ordines pervenerunt. Nam & per con um, Milites in numeris manere dixit Ulpianus, qui in ſuis conſiſtunt ordin *jure militari, 4. ff. de teſtam. milit.* Joh. Co *lib. 5. Miſcellan. cap. 22.* Illius verò con dinis deſignandis tyronibus, etiam tius meminit *lib. 1. cap. 8.* his verbis: S ſtatim punctis ſignorum ſcribendus e dilectus. Et *lib. 2. cap. 5.* Nam victuris cute punctis Milites ſcripti, & matric ſerti jurare ſolent. Hi verò publico dio docti, diſcedere à militia niſi emer poterant: atque ideò notabantur, qu lius apparerent, néve publicis uſibus nati ſubtraherentur; ut Viglius Zuich rectè annotavit *Inſtit. de Militar. te pr. n. 20.* & Claudius Coteræus de Jure ri, *lib. 1. cap. 23.*

*In numero eſſe.*

*Carpocrates.*

Singulare etiam fuit Carpocratis, ticorum omnium ſceleratiſſimi inſti qui mala & bona omnia, non natur neque bona; ſed opinione homin vocari diſputabat, ut quodcunque iſſet, id identidem licere perſuaderet liter ſcilicet, quàm Antonino Caracal

*Iulia Caracalla noverca.*

…ori, Julia noverca dixiſſe memoratur. …enim ea, quæ pulcherrima erat, quaſi …negligentiam ſe maxima corporis parte …aſſet, dixiſſetq; Antoninus: Vellem, ſi li… … Reſpondiſſe fertur Julia, *ſi lubet, licet*. …neſciſte Imperatorē eſſe, & Leges dare, …accipere? voce mehercule infami & im… …ſcorto famoſo magis, quàm Auguſtâ …ut gravis eſt Johannis Coraſii ſenten… …*l. 2. Miſcellan. c. 25.* Is igitur Carpocrates …monſtroſum perſuaſurus dogma, diſci… …os ſuos ſumma dexteræ auris particula …gnabat; rectius multò facturus, ſi eodē …, ſed ſtigmate longè graviori, eorum …um non aures tantùm, ſed oculos et… …naſum, & os, & linguam inuſſiſſet, qui …is hujusmodi audiendis tempus in… …rent, ut rectè putavit Johan. Pierius …*Hieroglyph.* Notum tamen eſt, illud in …ari libello à Seneca adagionis ſpecie u… …tum: *Aut Regem, aut fatuum naſci o*… … quod hanc habet ſententiam: Solis …tem ſuam conſtare ſolere fatuis & …us. Nam & fatuis quidvis licere im… …loqui & facere; & Regibus inultum …idquid lubet. Quod quidem prover… …erum Claudius Cæſar fecerat: quo

*Aut Rex, aut fatuus.*

imperante nemo fuerat liber, ſuiq́ue
præter eos, quos verbum illud vetu
plectebatur. *Adr. Turneb.lib.* 26.*A*
*cap.* 4.

*Samia vaſa in ſacris.*

Samiis quoque & fictilibus vaſi
ad ea, unde in hoc diverticulum exc
vertar) Veteres in ſacris uſos fuiſſe an
verto. Nam & apud Athenæum *lib*
*Dipnoſoph.* ad Macedonum usque do
tus tempora id factitatum legimus. T
tullianus in Apologetico adverſus G
Nam etſi à Numa (ait) concepta eſt
ſitas ſuperſtitioſa : nondum tamen
mulacris aut templis res divina apu
manos conſtabat: frugi religio, & pa
ritus, & nulla Capitolia certantia cœl
temeraria de ceſpite altaria, & vaſa
Samia, & nidor ex eis. Quo in lo
mia appellat vaſa, quæ Cicero Samias
dines, & fictiles urnas, cùm *Para*
ita ſcribit: Quid Numa Pompilius? n
né gratas Diis immortalibus capedin
fictiles urnulas fuiſſe, quàm delicatas
merarius *filicatas* legit; Bayſius, *Delia*
teras arbitramur? Capedines vero

*Capedines.*

pacitate fortaſſis ita dicebantur: nis
piendo mavis, quòd eſſent anſatæ, a
facilè prehendi poſſent: ut & Capi

veteribus vocabulo, vinarium vas an-
m legitur apud Perotum. Atque eas
dem Capedines fuiſſe fictiles vel ex eo li-
et, quòd Athenæus vaſa ejusmodi κερά-
ant κύλικας: quos idem ſigulina vaſa ex-
it, παρὰ τὸ κυλίεσθαι τῷ τροχῷ, quòd rotæ
mactu ſingerentur : ut rectè obſerva-
adrianus Junius, Medicus & Philolo-
[redacted]
s, *lib. 2. Animadverſ. cap. 10.* *Hadr. Junius.*

Meminimus alibi, Herculis poculum
capacitatis fuiſſe, ut tam in eo naviga-
âm etiam bibere ex eo potuerit. Atque
acitati & ingluviei ipſius conveniſſe
us, quem proditum ſit, Lepreo in vo-
tis certamen vocato, integrum devo- *Herculis ingluvies.*
taurum. *lib. 1. Tit. de Argent. ſupel. fol. 493.*
pluries eum factitaſſe lego : cùm &
rus referat, Herculem Coroni ædes in-
m, integrum bovem, ut ne reliquum
m os ullum relinqueret, abliguriviſſe:
limachus hymno εἰς Ἄρτεμιν fabuletur,
em jam in Deos relatum, nihilomi-
inexplebilis edacitatis manſiſſe, & gurgi-
ſignem:

*Manſerat ingluvies, necdum placata qui-*
*erat,*

*Quæ quondam occurrit ſulcanti*
*terram.*
*Theodamanti:*

ubi Interpres in commentariis Græci tat, Theodamantem fuiſſe Dryopu gem. quanquam Philoſtratus & Lac Lindium ex oppido Rhodi eum tra Sed Callimacho etiam Lucillius Ta [redacted] Pherecyde ſcribens, Herculem [redacted] Hyla puero, relictoque à tergo pæd Licha, fortè obvium Theodamanti, p ſciſſe aliquantum cibi. Cujus cùm rep tuliſſet, ira ſuccenſum, diripuiſſe è bo terum, eoq; mactato epulatum fuiſſe, accepta injuria, Theodamantem in U regreſſum, compuliſſe oppidanos ad adverſus Herculem. Ibi tum nece extrema circumventum Herculem, uxorem Deianiram armaſſe, prælioque riorem, Theodamantem neci dediſſe, temque omnem in alias ſedes tranſp ſe. Haud itaque mirum, quòd tantæ tudinis Herculeum craterem Statius ſe ſcribat, ut duo eum Juvenes vix p potuerint. Unde & vaſa magna atq pacia ab Hercule *Heraclea* fuerunt n pata. Herculem enim in potoribus

***Herculis poculum.***

...um fuiſſe maximis, Turnebus innuit ... *Adverſar. cap. 10.* Steſichorus certè Poë... ...icus, Centaurorum & Lapitharum ...ivium deſcribens, Pholum ait Alcidæ Herculis hoſpitem, ut à Lucano appel... impleviſſe Herculi craterem trium ...arum capacem; quem prior ipſe obbi... Verba Steſichori ex Græcis Latina ſic habent: Hercules acceptum in ... ſcyphum plenum, trium lagenarum ...m ori admovens obbibit, quem Pho... ... infuderat. Erat autem *Lagena* vina... vas, ſed fictile: in quo vinum adſerva... in conviviis deplendum. Quòd ſi cra... trium lagenarum capax fuit: opor... ...m ita amplum fuiſſe, ut Urnam, hoc ...uatuor & viginti ſextarios caperet, ex ...atione Hadriani Junii *lib. 4. Animad... ...s.* Atque eò reſpexiſſe videtur Juve... ...um inter cætera, quæ *Satyra 12.* refert, ...m naufragii metuentem, in mare ...taſſe ait

*—Urnæ cratera capacem,*
*...t dignum ſitiente Pholo.*

...uta hæc videri poterunt, ſi cum iis ...s, quæ de ſimili gulone Lityerſe, Lityerſes. ...Regis notho Celænis in Phrygia re... ...omine vultu efferο & truculento, ſed bibone

bone glutoneque ſupra fidem maxim
ſitheus Tragicus memoriæ prodidit,
etenim totum vini dolium uno die
do vacuaſſe, triumque clitellariorum
rum onus, panes devoraſſe ſcribit hi
bus: qui apud Athenæum *lib.10.* ex d
mi Junii interpretatione ita leguntur

*At filius Midæ Celænæi nothus,*
*Qua matre dubium eſt, ipſa n*
*rens,*
*Tres quantum aſellos prægrava*
*vorat*
*Brevi die, ſimulq; deterget bibens*
*Juſtum cadum, decem amphora*
*lium,*
*Redditq; jumentis onus portatile.*

*Amphora.* Amphoræ duæ, ut Georgius Agric
legit, ſextarios duos & ſeptuagint
nent. Qui igitur dolium decem a
rum epotârit, is trecentos ſexagint
rios in inexhauſtam alvi voraginem
ſerit; quemadmodum rectè concl
drian. Junius *lib.4. Animadverſ.cap.*
men hujus fidem penes Auctorē d
Quòd ſi ita eſt: non erit profectò
mur ampliùs *bicongium* M.Tullii fi

ſlanēſem tricongium Novellum Tor-
m, *Plin. lib. 14. cap. 22.* etiamſi apud Tran-
m potorem legerimus *Amphorarium*.
iam adeò monſtrificum id erit, quod
rmanis prodidit Lud. Cœlius Rhodi-
*lib. 18. Lection. Antiquar. cap. 20.* quorum
audiret. Atque ubi is, ſe non nolle, o-
ndiſſet, verba feciſſe Philoſophum ſatis
lta, de Imperatoris officio, & de omni re
itari. Applaudentibus itaq; & laudanti-
eum Antiochi Satrapis, qui ipſum au-
rant; interrogatum & Hannibalem, quid
o ſentiret? Reſpondiſſe *Pœnum* dicunt,
ltos ſe quidem deliros ſæpè vidiſſe; ſed
magis, quàm Phormio deliraret, vidiſſe
inem. Vereor mehercule, ne futuri ſint,
de meo hoc facto idem judicent, cùm
de Alchymia, quam neq; diſciplinâ ſatis,
etiam & quidem multò minùs uſu mihi
itam eſſe, nequaquam eo inficias, verba
ſe viderint; ad Te præſertim, *Illuſtriſſ. &*
*Princeps*: qui non tantùm, ut Hanni-
militari prudentia & bellica virtute Dux
m deprædicaris inclutus; ſed & omni-
præterea laudabilium ſcientiarum co-
ione ita polles, ut ipſi ob id Neſtori me-
comparandus ſis armato, niſi ille plus
is habuiſſet; tu plus veræ ſapientiæ. De-
am ſcilicet animo mecum perpendere,
ius me cùm conſcientiæ, tùm famæ con-
rum fuiſſe tacendo, quàm inſcitiæ meæ
s advocando: ſapienter monēte illo, qui-
que etiam fuit, ſatius eſſe à culpa abſti-
nere,

nere, quàm eâ commiſsâ, errati venia[m]
ſcere. Hanc tamen vel propterea facili[us]
impetraturum confido, quòd cùm in[ſtitu]
ti mei ratio expoſceret, etiam ad præſe[ntem]
hunc Titulum Notas meas adſcribere[, non]
quidem animus mihi fuerit, integram [Al]
chymiæ artem, aut Artis præcepta tra[dere;]
ſed ſatis fore exiſtimârim, ſi quæ par[tim ex]
probatiſſimorum Auctorum lectione, [par]
tim etiam virorum doctorum conver[ſatio]
ne & colloquio didiceram, ea materiæ
convenientia, hîc loci, vel hiſtoricè [ta]
exponerem; interim non modò haud i[n]
cuivis permittens, ſuo ut abundet ſen[ſu, &]
de his pro arbitrio ſtatuat: ſed & eo me
parùm ſuſtentans, quòd ſi erratum hîc
tan à me fuerit, honeſta tamen dicatur
ris excuſatio ejus, qui multos & pr[æſtan]
tes in re magna Duces fuerit ſequutu[s.]
igitur ab ipſius verbi notatione exordia[r.]
ſtat ex Julio Firmico & aliis, antiqui[ſſimum]
eſſe Alchymiæ, chemiæ, chymiæ, aut ch[...]
nomen, ipſis etiam Arabibus & Ægyp[tiis]
ſurpatum. Suidas in recitandâ illâ Dio[cletia]
ni hiſtoriâ, cujus Pancirollus hîc men[tionem]
ut & Cedremus, dicit χημείαν, quam n[on]
ctè vertere poſſumus *Chemiam*. Plut[archus]
in Oſiride ait, Ægyptum ſacrâ linguâ [...]

*Alchymiæ notatio.*

do[...]

ibus dictam eſſe χημείαν. Quid abſurdi
putare, artem ipſam jam inde ab Her-
e Triſmegiſto ſacerdotibus Ægyptiis fa-
iaré, Chemiæ, quaſi Ægyptiæ, nomẽ tra-
e, ad perpetuã ortus ſui memoriam? Quid
bes appoſuerint & quo ſenſu, ſatis no-
Pancirollus noſter: etſi Cœlius Rhodi-
us non Al, ſed Archimiam nominet, *l. 7*,
quaſi, ut quibusdam placet, ἀργύρου χη-
. Quòd ſi Arabibus id verbi fuſionem
ificat, non ineptè Recentiores nominis
onem reddunt ἀπὸ τοῦ ἁλὸς καὶ χέειν,
od eſt *fundere Salem*, ut Libavius *lib. 1. Epiſt.*
*mic. Epiſt. 6.* & Henricus Khunrad Lipſen-
n *ſuæ confeſſ. cap. 7.* tradidêre: modò ne à
æcis acceptum dicamus cũ Libavio. Neq;
m ſatis eſt, ut idem putabat, Græcam lin-
am cognitam fuiſſe in Ægypto: aut ibi
ſſe fertiles metallorum fodinas & ſcapten-
s. Cur enim à Græcis non petitam artẽ,
rum potius, quàm domeſtico appellarẽt
mine? Eodem modo *Chymiam* dicere li-
ἀπὸ τοῦ χυμοῦ, id eſt, humore, ſapore, &c.
quomodocunque notio exprimatur, at
, ut origo. Infrà enim demonſtrabitur,
n à Græcis primò, aut Latinis, ſed ab Æ-
ptiis artem hanc fuiſſe excultam. Recen-
es (in quibus fortaſſe primus Paracel-

ſus) Artem *Spagiricam* vocant, vel ὰ
σπᾶν καὶ ἀγείρειν,(quod eſt divellere & co
gregare: cùm, ut annotat Quercetanus *in*
*tido. Spagir. ſclopet.* per eam eliciatur, ac
cogatur comprimaturque ſubtilis quæ
& ſpiritualis natura, in qua vis & effe
medicamenti præcipuè conſiſtit:) Vel
placet Libavio *adverſus Gramannum, &*
*Epiſtolarum loco,* quaſi Magiricam, aut ex
ctoriam. Non deſunt, qui *Deſtillatoriam*
cant, à deſtillationibus artificioſis: quam
men Hieron. Rubeus *Sect. 4. lib. de Deſtilla*
& Pancirollus noſter, diverſam facit à C
miâ: ſed ita, ut una ex altera ortum du
videatur: &, qui ad deſtillationem, meta
rum præſertim, incumbit, is ſtatim, ab om
bus ferè, Chemicæ arti operam navare
datur. Nimirum diſcernit, non tam
jecto, quàm ſcopo. Facit enim *Deſtillatio*
rei Medicæ præparationem ad uſum M
cum: *Chemiam*, metallorum transmutati
& perfectionem. Libavius contrà, Chy
am eam dicit Alchymiæ partem, quâ p
ciuntur quævis opera Chymica, Eſſen
Magiſteria, &c. *lib. 2. Alchym. cap. 1.* Sunt
latiùs adhuc accipiant verbum Chymiæ
ut ſuperiorum nominum ratio comp
Non enim ſolam Medicinam & Oper
n

*Spagirica.*

*Deſtillatoria.*

*Deſtillatio à Chemia quomodo differat.*

m, ſed omnem etiam Naturæ rationem, ex aliis principiis, *Sale, Sulphure, & Mer-curio* ipſi tribuunt. Ita ferè Theophraſtus Paracelſus poſt Veteres (neque enim ipſe ſe auctorem, ſed reſtauratorem paſſim vendi-tat, qui multa didicerit à patre VVilhelmo, Trithemio, Tritthemio, aliis. *1. Tom. Chir. Mag. lib. 2. tract. 3. cap. 1.*) & qui cum ſe-quuntur, Petrus Severinus Danus *in Idea Medicinæ*, Thom. Muſettus Anglus *in Apologet. adverſus Eraſtum*, Gerardus Dornæus *in artif. Chymiſt. & de luce Naturæ* & alii plurimi. Indeque eſt, quòd in dialogo, qui inſcribitur *Chryſorrhimon*, di-citur ſcientiarum, ut ingenioſiſſima, ſic ma-ximè utilis & neceſſaria. Eandem ob cau-ſam Dornæus *in Clave lib. 1 cap. 1. & alibi*, con-ſtituit eam Theoricam & Practicam, ut Phi-loſophiam; quam etiam dicunt, ſed cum ad-ditione, *Philoſophiam adeptam*: licet artis huius profeſſores etiam abſolutè & absque additione iſta *Philoſophos* ſe appellent. *Theo-rica* Phyſica eſt ſcientia, ut Libavius ait, ſublimior; deſumenda Dornæo *libro pri-mo de luce Natur.* ex Geneſeos *cap. 1. & 2.* Fundamentum Chemiſticæ artificii ſeu Practicæ, quæ conjuncta eſt, ut Chryſorrhi-mon ait, cum naturalibus rationibus, ex

*Chymia & theorica, & practica.*

ſympathia & antipathia manantibus: q
pequæ ex Naturæ ſecretis admirandos, p
cherrimos, ſalutares, & divinos effectus
leat proferre.

Non diſputo, quàm ineptè: hoc obſe
neminem adeò inſaniiſſe, ac nuper Ru
dum, qui, (ut mihi hunc Titulum reco
*Iohan. Ingolſtetterus.* turo oſtendit Vir Clariſſimus, Johan. In
ſtetterus, Medicus Palatinus) in Dedica
ne Progymnaſmatum Alchemiæ, ſere
Harveti Demonſtrat. Verit. Chym. & Ex
Pariſ. Cenſ. Libavii tranſcriptorum, in ip
Aulam Auguſtiſſimi Imperatoris trans
sà, auſus eſt totidem verbis ſcribere: Si
lo (Apoſtolo) conſentienter ratiocina
cebit, eminentior (ſic enim legendum
ſco ob propoſitum, quod eſt demonſt
hanc artem, ut paulò antè ait, eſſe om
eminentiſſimam) Dei notitia, ex hujus
Alchymiæ praxi hauriri poteſt, ipſis ſ
rum literarum monumentis. Sed hæc v
cent ii, quibus præcipuè hæc cura incu
Ego ad ſubjectam materiam offic
pergo.

Etſi autem Dornæus & alii ſ
*Chymiæ ſubjectum.* ctam artis materiam ponunt Vegeta
Mineralia, & Animalia, (horum en
m

ium uſus eſt in medendo) in quibus ad
dicinam præparandis ſeparatione im-
i à puro (quod, illo rejecto, uſurpant,
ppe Eſſatâ, quam vocant, Anatomiâ Eſ-
tificatum, & à Compedibus, quò plus vi-
m haberet, corpori humano ſeorſim
conjunctim applicatum, tum ad mor-
depellendos, tum ad valetudinem con-
mandam, liberatum) verſatur: qui tamen
m Medicum primò non ſpectant, ſed
iticum aut Oeconomicum, hoc eſt, divi-
aut delicias, illi totam occupatam cen-
t circa Metalla & Metallica. Primò dixi,
m quòd decantatum illum lapidem Phi-
ophicum cum Gebro Maurita-
, & Dornæo, ut poſteà dicetur,
dicinam faciunt non minùs corporum
ſtrorum, quàm Metallorum: id prætexi
gis, quàm credi à plerisque hanc artem
tantibus cenſent *Sapientes*, qui ubiq; ra-
Sed ego hanc litem aliis dirimendam re-
quo: & in inſtituto pergo. Ex eorum nu-
ro, qui Alchymiam ad Metalla & Metal- *Chymica in-*
adſtringunt, eſt Pancirollus noſter, ut *venta*
ligere eſt ex iis, quæ ad hanc artem & ve-
& recentia profert Inventa. Ex veteri-
eſt, Aurificium: ex recentioribus, La-

to, Saphyri dealbatio, Stanni præparati
Aqua fortis, & (reclamante Libavio, C
*Alchem. parte 1. lib. 6. cap. 14.* ex Budelio
Matthesio, allegantibus *Pſalm. 11. Hiere*
*Malach. 3.* Platone item & Plinio: qu
rectè, alii viderint. Equidem probation
aliquam agnoſco: illam, quâ de ſermo, in
video) probatio per Cupellam: de quib
paſſim Chymici & allegati jam, & allega
deinceps. Verùm ſunt longè plura, ſi non v
tera, ſaltem recentia. Quæ cùm in certa re
gat capita Chryſorrhimon; operæ preci
duxi ea hîc adſcribere; eoque amplius, q
uberiorem nobis ſuppeditabunt dicen
materiam. Ipſa autem exempla & mod
infinitúm foret hîc recitare: & peti poſſu
à Libavio *lib. 2. Alchym.* & Baptiſta Po
*de Magia naturali.* qui ex aliis ea diligen
collegerunt. Ait ergo Chryſorrhimo
Ab ingenioſis hominibus quædam ita ſu
eruta atque vulgata, ut jam artes amplius
ci non mercantur. Quædam autem inve
ta nondum ſunt. Quædam inventa quid
ſunt, ſed ea pauciſſimis, atque ferè nem
tot ſeculis conſtiterunt. Ex quibus unum
præcipuum (totius artis Chymicæ uni
ſcopus ac verus finis) miro tamen artific
altoq; ſilentio ſemper abſconditum, ut a
qu

n dici adhuc mereatur. Et paulò pòſt:
ymica inventa (ut præcipua perſequar)
t partim circa metalla, partim circa me-
ica. Circa Metalla hæc ferè poſſunt con-
ui: Ea commiſcere ſimul, ut aliquid aliud
appareat: cujus exempla ſatis ſunt vul-
a. Ea immutare, ut circa ferrum & æs ma-
è ſolet contingere: ponderi adjicere, aut,
od facilius, detrahere: ſolidiora quædam
dere; colorem in quibusdam mutare, ut
a ferrum utplurimum: molliora quæ-
n, alia duriora efficere: omnia verò hæc
que fallendi ſtudio. Alia, & quidem
tiliora, circa Metallica verſantur: ut de-
ationes, argentationes, ſeparationes. Ex
ibus indagatæ ſunt Metallicorum admi-
dæ vires, ſympathiæ, antipathiæ: ut An-
onii, Hydrargyrii, Caphuræ, Sulphuris,
ryſocollæ, Plumbi cinerei & candidioris
n auro, argento, orichalco, &c. Huc per-
et pyrii pulveris inventum: & vitri dedu-
di ſcientia in longiſſimas lineas. Omitto
quæ ad remedia pertinent, Deſtillationes,
itus, fuſiones Metallicas: quibus vix
cquam ingenioſius, accuratiusque. Quæ
em inventa nondum ſunt, de iis verba
facere poſſum? Inveniri tamen adhuc
ra poſſe exiſtimo: veluti vitrorum absq;

igne mollities, Electri compoſitio, lapi[dum]
duriſſimorum fabrefactio, aquarum te[nuiſ]
ſimarum excoctio, &c. Quæ verò in[...]
ſunt, ſed pauciſſimis cõſtãt: ex his eſt, vi[trum]
in adamantinam duritiem perducere: [...]
bis deſperatis ex Metallis & Metallicis [...]
ſentiſſima ac ſubita exhibere remedia. [...]
contra venenorum omnium vim an[...]
tum exquiſitiſſimum certiſſimumque. [...]
ſtremò, quod omnium eorum, quæ co[...]
ravi, vim atque efficaciam excedit; eſt [...]
ac compendioſa methodus, qua ſubtiliſ[...]
ſpiritus parantur, quorum efficaciâ abi[...]
tiora metalla multiplici proportione p[...]
ctiora atque auctiora (nullâ prorſus te[...]
fallaci Metamorphoſi) produci poſſunt [...]
paulò ſuprà: Ad hunc ſcopum perti[...]
dum cùm tot ingenia fruſtra laborarunt [...]
tamen aliquid egiſſe vulgò videantur [...]
Sophiſticam confugere exiſtimarunt, & [...]
*aureo*, quod dicitur, *hamo* piſcati ſunt. [...]
ille. Ad hanc Sophiſticam ſunt qui refe[...]
lapides, ſeu tincturas auri particulares, q[...]
ſic dicũt, propter univerſalem: qua de [...]
tus eſt Henr. Khunrad *in ſua Confeſſione* [...]
*ſertim cap. 9.* ex authore Conſilii Solis & [...]
næ, Com. Bernhardo, Riplæo, Zacharia [...]
Philoſophis, poſt Gebrum; qui hoc dat[...]

cap. 7. *Sum. perfect.* ut deſertis particulari-
univerſalis quæratur lapis: Cujus mate-
ajunt eſſe parvi, imò nullius precii: ubi-
inveniri: ideoq; ipſum ubiq; parari poſ-
facilè; nec fas tamen eſſe, nomen mate-
roprium, ut cæteram artem præparandi
in his duobus, 1. materiæ cognitio-
, ejus debita præparatione, totum Chy-
orum officium conſiſtere ait J. Aurelius
*Chryſopœia* divulgare, niſi ubi non pro-
Loca allegãtur in Henr. Khunradi Cõ-
cap. 1. ex Philoſophis: ſed explicantur tũ
iis, tum vel inprimis à Theobaldo Ho-
ande *lib. de Alchemiæ difficultate*.

*Lapis Philoſophicus.*

Porrò de Artis hujus, quando partes va-
unt & latè patent, authoribus & antiqui-
quæritur variè. In ſacris habemus, Tu-
in filium Lamech erudiiſſe omnem fa-
ærarium & ferrarium. *Geneſ. 4. verſ. 22.*
credunt quidam, annotante Libavio *lib.*
*Alchymia cap. 1.* eum primum in aliqua ar-
rte ſudaſſe, quæ dicitur Metallurgia.
verò hinc amplius aliquid concludi
, quàm quâ ad agriculturam faciunt illa
lla, aut eorum uſum, & in univerſum
itionem: de qua diſputat Polydor. Ver-
*lib. 2. cap. 19.* poſt Plinium. Artem verò
mutandi metalla in aurum & argentũ,

*Chymica ars vetuſtiſſima.*

omnes vendicant cuidam Hermeti Æ-
*Hermes Triſmegiſtus.* ptio,ſeu Mercurio Triſmegiſto: quem ſic
cunt, non tam ad differentiam cæterorum
*Hermetes tres, imò quatuor.* (tres enim memorantur à Roberto Caſtr
ſi,ex Meſue: quibus Hier. Rubeus quart
accenſet *Sect. 1. cap. 4. de Deſtillat.* cujus ſi
citra controverſiam pilulæ de Hiera Herm
tis apud Meſuem,contra quam Libavius A
*chym. lib. 1.* cenſet;neſcio an etiam Pellican
ſeu vas & ſigillum Hermetis) quàm ad li
dem. Qua de re ſic ſcribit Robertus Caſtre
ſis *in præfat. ad Morienum Rom.* à ſe ex A
bico Latinè,quamvis minus eleganter,co
verſum: Legimus in hiſtoriis Veterum,
fuiſſe Philoſophos, quorum quiſque H
mes & Mercurius vocabatur. Primus fuit
noch: alter Noë: tertius,qui poſt diluvi
in Ægypto regnavit diu. Iſte autem à n
ſtris Anteceſſoribus dictus eſt Triplex, p
pter trinam virtutum collectionem, ſibi
Deo tributam. Erat autem Rex, Phil
ſophus,& Propheta. Is verò fuit, qui p
diluvium omnium artium & diſciplinarum
tam liberalium, quàm mechanicarum p
mus fuit inventor & editor. Hactenus
Eandem rationem nominis Triſmegiſti
dit Paulus Scaliger *lib. 4. Epiſtem. Cathol.*
rùm Tabula Hermetis, Smaragdina quæ
circ

r, ſeu Sermo veridicus, ut Dornæus vult
. *Comment in ipſam*, huic inſtituto con-
ntiorem reddit, his verbis: Vocatus
Trimegiſtus, habens tres partes Phi-
phiæ totius mundi. Thomas Muſettus
us *Epiſtol. Chymic. 3.* coætaneum hunc
facit: Paulus Scaliger, loco citato, pro-
otum Atlantis, Promethei phyſici fra-
. Moſis autem nativitas cadit in An.
ndi 2373. qui eſt ante natum Salvatorem.
rum 1598. Argonautarum expeditio
iter An. M. 2740. ante natum Chriſtum
, ut ſupputat Abraham. Bucholz. *in In-
Chronico.* Diocletianus verò Imperator
uit circiter annum 284. poſt natū Chri-
m. Ultra ergò mille octingentos viguiſſe
artem in Ægypto ante Diocletianam
micorum librorum devaſtationem,
ua ex Suida auctor noſter loquitur, re-
oteſt colligi. Cùm autem Moſes erudi-
fuerit in omni ſapientia Ægyptiorum,
ut potens eſſet in dictis & factis, *Actor.*
*erſ. 22.* fortè quis hinc concluſerit, neque
ignoraſſe hanc artem: eoque amplius,
rum eſt, quòd affirmare non dubitat
rnæus, Triſmegiſtum tabulam ſuam Sma
dinam, in qua contineri artificium hoc,
nes contendunt Chymici, ex hiſtoria

creationis omnium, ut à Moſe deſcript
deſumſiſſe. Sic enim ait *lib. de luce Natu-
ſat. expoſit. ad tab.* Hermes ille Triſmegi
cognomento Mercurius, in doctrinâ G
ſis per Moſen traditâ non vulgariter in
ctus, hanc poſteritati phyſicam Spagir
inde deſumtam reliquit. Quæ ſi vera ſ
quis non cum Pancirollo dicat, hanc a
eſſe antiquiſſimam? Sed præſtat ipſam H
metis inſerere tabulam, ut legitur apud D
næum loco citato: Verum, inquit, ſine m
dacio, certum & veriſſimum. Quod eſt i
rius, eſt, ſicut quod eſt ſuperius. Et, quo
ſuperius, eſt ſicut inferi⁹, ad perpetranda
racula rei unius. Et, ſicut omnes res fue
ab uno, meditatione unius; ſic omnes re
tæ ab hac una re adaptatione. Pater ej⁹ eſt
Mater ejus Luna. Portavit illud Ventu
ventre ſuo. Nutrix ejus Terra eſt. Pat
mnis Theoleſmi totius mundi eſt hic
ejus integra eſt, ſi verſa fuerit in terram.
parabis terram ab igne, ſubtile à ſpiſſo ſu
ter cum magno ingenio. Aſcendit à ter
cœlum, itemq; deſcendit in terram, & r
pit vim ſuperiorum & inferiorum. Sic h
bis gloriam totius Mundi: ideoq; fugie
te omnis obſcuritas. Hæc eſt totius fort
dinis fortitudo fortis: quia vincet om

*Tabula Smaragdina Hermetis.*

ſubtilem, omnemq́; ſolidam penetrabit. Mūdus creatus eſt. Hinc erunt adaptatio- mirabiles, quarum modus eſt hic. Itaque atus ſum Hermes Triſmegiſtus, habens partes Philoſophiæ totius mundi. Com- tum eſt, quod dixi de operatione Solis. ctenus tabula: quam omnes Commen- ores, ut Hortulanus, R. Lullus, Arnal. de la Nova, Com. Bernhardus, Libavius & præter unum Dornæum, ſenſu allegori- potiſſimùm de Metallorum transmutati- e expoſuerunt. Ille enim de Univerſali dicina tum præparanda ex vegetabilibus, neralibus, & animalibus; tum applicanda pori & animo explicat, ut videtur, inge- oſiſſimè. Verba sūt (*Com. ad tab. Herm.* hęc: igitur ſcopus iſtius Hermeticæ doctrinæ, dicina quædam Univerſális, quæ nedum enſatorum corporum (materiam omnem Medicum corporis uſum præparandam elligit, ut ex contextu colligere eſt) ſed minum etiam corruptiones, atq; morbos nes indifferenter auferat. Et mox: Non tum ſanè ſe feciſſe putent homines, ſi tot tam varias corruptiones amoverint: quan- quidē ultra quòd ſanitatem corporis hac ione ſibi conciliare valeant, mentis etiam ebras omnes, atq; velamina tollunt, qui-

*Tabula Hermetis ſcopus.*

bus amotis facilè veritatem cùm creatu
tùm conditoris omnium Dei, ad ejus gl
am proximorumq́ue ſalutem, diligent
quirunt, &c. hoc eſt, Phyſicè, Chymic
Theologicè ſeu Metaphyſicè, & Moral
exponit, tum *lib. de luce Natur. phyſica*, tu
profeſſo, & diſtinctè magis *Cómen. in tab.*
deniq; cæteris à ſe editis libris. Alii perſp
magis requirunt Chaos & ejus elabora
nem: quæ conſiſtit in ſeparatione & de
tione ſeu fixione: quomodo cõdita ſunt
mùm, referente Moſe, omnia. Videatur
racelſi & Dornæi expoſitio Geneſeos. H
Khunradus (*Confeſſ. ſuâ* ad myſterium In
nationis confert hoc negotium. Sunt, qu
alia ſacra. An autem hoc profanare ſit, Th
logorum eſto judicium. Ego, quæ ſpa
invenio alicujus momenti, refero; & ad H
metem redeo. à quo quaſi per manus tr
ta eſt & propagata, non ad Græcos, non L
nos, ſed Arabes. Qua de re audiamus
Muſettum: Chemiam (inquit) tract
Mercurius ille ter maximus, circa Mo
tatem natus; ſed ita obſcurè, ut caperet
nec coævi, nedum Latini potuerint.
ceſſit poſteà Zoroaſtres, Salomo, & poſt
Arabum familia: quorum tamen ante
brum nemo, quod ſcimus, Chimiam de

ſuisque organis, actionibus, materia, effe-
bus locupletavit. Huic tamen Paracelſus,
que præclari Chymici, tam ſermonis per-
uitatem, quàm rerum ordinem addi-
unt, vereque affirmare poſſunt illud de
ſis: *Ditavit ille nos, & nos illum.* Jam ut
Salomone, cujus plusquàm humanam ſa-
ntiam abundè ſacræ teſtantur literæ, ni-
hic commemorem: de Zoroaſtre utique, Zoroaſter fulmine ictus.
us jam memini, Clemens Roman. Pon-
x icripſit, eum, ob reconditos haud dubiè
turæ theſauros, Magiæ magiſtrum, &
amicum, Perſis fuiſſe creditum: quam-
fulmine ictus interiiſſet. cùm & in Græ-
multi ſimili fato peremti, & ſepulchro
orati legantur. Id quod & principibus
manis non inſolitum fuiſſe conſtat, ut
cet flammis cœleſtibus interciderent.
m & Romulus Sylvius Albæ Rex, à quo Sylvius.
us Quirini defluxit, fulmine periit: &
lius Hoſtilius, tertius Romanor. Rex, T. Hoſtilius.
n Anteceſſoris ſui Numæ ſacrificia pa-
ritè imitatur, cum tota domo fulmine
flagravit, *Livius lib. 1. Decad. 1.* Similiter &
ſtaſius Imperator de cœlo tactus vulgò Anaſtaſius.
ibetur. quanquam Zonaras *in Annalib.*
ò aliter de hoc prodidit, vidiſſe eum in
nis virum terribilem, qui librum manu

geſtans diceret: Ecce ob perverſitatem tuæ annos XIV. vitæ tuæ deleo. & quia le ſibi præſciverat, ut fulmine interiret, alioquin non peſſimus; Juris civilis diſc nâ imbutus apprimè, at veſanæ & nim curioſæ religionis, quippe qui divinit Christi ſimul cum carne conflatam, & n naturâ confuſam aſſeveraret, perſuaſ impiis, cùm aliquando tonitrua & ful præter modum eliderentur, ipſe pertent in regio cubiculo mortuus inventus eſt quod trepidus confugerat: experturus Christi veri Dei & hominis judicium, nitatem ſectę utramq; naturam commi tis. Quam ut aliquando confutaret norum Rex Alamundarus, recenter ab thodoxis inſtitutus, mœſtitiam vultu ſceleſtis ſimulavit: eo quòd, ut fing rumor pertuliſſet, Michaëlem Arch lum mortuum. Illis id fieri non poſſe mantibus; Ecqua igitur ratione, inq vecordes, Anaſtaſio Cæſari impoſuiſtis ſuaſiſtis divinitatem Christi promiſcu carne conglutinatam pati potuiſſe? H pido & ſcito reſponſo, ait Forcatulus *Imper. & Philoſoph. Gallor.* pleriq; illecti lita perverſitate diſceſſerunt; eò lubé quòd Anaſtaſius meticulosè ſemet te

*Attendite ô Vbiquitarii!*

ubuiſſet, morte ſola verum ſequi edo-
s, atque eundem minitans exitum ſcele-
s *Ubiquitarius*, idem, ſi non tetrius dogma
ie etiamnum impiè & nefariè aſſerenti-
. Quòd autem Ægyptii (ad hos enim redeundam eſt) artem iſtam Chimicam ultam ſervarint, etiam Suidas teſtatur. ominus mirum eſt, ad Græcos & Latinos ius hanc perveniſſe; licet nobiliores o-Philoſophi, ut Democritus, Pythagoras, o, alii in Ægyptum dicantur profecti, ut iæ arcana, quibus Medicina annexa fuit, iſcerent. *Cicero 5. de Finibus, 4. Tuſcula-m. & Philoſtrat. in vita Apollonii lib. 1.* cùm um ſit Ægyptios Medicinam admiran-eſfeciſſe & illuſtraſſe Magiâ illâ natura-æ & rerum naturalium ſympathiæ & an-hiæ peritiâ, conſpirantibus aſtrorum, & raro etiam Spirituum vicibus conſta-ut ex Plinio & Suida docuit Joh. Langi-Hiſt. Medicin. lib. 2. cap. 2.* Apud neminem ex antiquioribus ſive Græcorum, ſive norum, quod ſciam, Chimiæ nomen ex-nedum res. Suidam tamen, Plutarchũ, lium Firmicum, Virum Cõſularem, qui ſtantini Imperatoris tempore, ab annis mille ducentis & amplius vixit, ſuprà ex-illorumq; loca attuli. Hic autem no-

*Chimia ab Ægyptiis occultata.*

*Magia.*

*I. Firmicus.*

minatim Alchymiæ meminit ſcientiæ [illegible] *ſuæ Matheſ.* (quam vocat diſciplinam Æ[illegible]ptiam) *ad Mavortium Lollianum cap. 15.* di[illegible] Lunam in nono ab Horoſcopo loco in[illegible]cturna genitura hominẽ ad ſcientiam Alc[illegible]miæ propẽſum reddere. Nam quę ex Ari[illegible]tele vulgò afferuntur, ad transmutation[illegible] parùm faciunt. Non multò plus facit, qu[illegible] teſte Plinio *lib. 33. cap. 4.* Cajus princeps ex [illegible]ripigmento aurum fecit. Plus enim ibi le[illegible]rationis, quàm transmutationis eſt; ut ex [illegible]textu patet. Nõ deſunt tamẽ, q ex Hipp. P[illegible]tone, Heſiodo & Hermete, aliquid ejusm[illegible] poſſe intelligi contendant. Ex Hipp. e[illegible] Epiſtola ad Cratevã, ubi ſæpius admira[illegible] rem herbariam, ut & Univerſorum na[illegible]ram ac conſtitutionem, & ſacerrimum [illegible]ræ fundamentum: ex qua animalia, pl[illegible]tæ, alimenta, medicamenta, fortuna, & [illegible] divitiæ enaſcuntur. Neque enim alias [illegible]beret, ubi conſiſteret avaritia: neque [illegible] Abderitæ nunc decem talentis inelcall[illegible]me, pro Medico mercenarium declara[illegible] Ex Platonis Timæo afferunt aureum [illegible]mum, qui propter craſſitiem duriſſim[illegible]quid ſit & nigricans, Adamanta dictu[illegible] Ex Heſiodi *1. Operum* ajunt ænigmatic[illegible]

eſſe, quòd ignorare dicũtur ſtulti, quanto
s ſit dimidium toto: & quàm ampla
in malva & aſphodelo utilitas. Ex Pœ-
ndro Hermetis ænigmatica quoque pu- „
tur illa: Exiliit confeſtim ex elemẽtis Dei, „
orſum latis, Sermo Dei, in purum Naturę „
ficium, & unitus eſt Menti opifici. Ejus- „
m enim ſubſtantiæ fuerat: & relicta ſunt „
ationalia deorſum moveri ſolita, naturæ „
ementa, ut eſſent ſola materia. Vide Jaco- „
Zvvingeri *Exam. princip. Chimic. cap. 1.*
d quid multa? Sat antiqua eſt, ſi ſat vera:
e eſt, ſi id præſtare potis eſt, quod promit-
ars, ſive Particulariter, ſive Univerſaliter:
quidem non ſine fœnore, quod Artifices,
hoc obiter dicam, pro ea liberalitate, quæ
in verbis, vocant multiplicationem in
lleſimum, imò infinitum. Jam ſi hoc præ-
re potis eſt Ars iſta, rectè Pancirollus
m Juris utriusq; Interpretibus concludit,
m eſſe licitam. Sed inde tamen non effi-
ur, animum eſſe applicandum. Nam &
icilis eſt ejus aſſecutio, & periculoſa poſ-
io. Quæ ubi more meo expoluero, quan-
n licet per eos, quos conſului authores, fi-
m faciam.

Principiò de Artis veritate diſputanti *Chimicæ ar-*
n poſſunt firmiora eſſe argumenta, quàm *tis veritas.*

quibus uſus eſt Pancirollus noſter, ducti
ſenſu ſeu experientia, & ratione. Inde en
alia omnia robur capiunt, quæ in utramq
partem diſceptantur, non tam in hoc, qu
omni alio negotio. Qui veritati ſe oppo
erunt, ut Agricola, Cardanus, Scàliger, C
rerius, Fenottus, Eraſtus, Aubertus, Seide
us, & nuperrimè, quod ſciam, MoreſinusS
tus (prætereundas enim cenſeo Quotli
tarias infinitorum Scholaſticorum, & huj
fecis quæſtiones) cùm aut negare debu
ſent experientiam & ſenſum: aut, ut ait Li
vius *Syrraxi Metall. Theſ. 40. & 43.* modu
quem poſuere Artifices, in genere per ra
nes Logicas, hoc eſt, ex merâ phantaſia
ſumtas, aggreſſi ſunt oſtendere, non p
fieri artificiale Metallum. Quantò rect
illi, quando, ut idem ait, Peripatetici ſun
mnes, audiſſent ſuum Magiſtrum & prin
pem Ariſtotelem, præclarè & propè divi
monentem, in iis, quæ ſenſilia ſunt, non r
onem, ſed ſenſum (quippe judicem om
exceptione majorem) eſſe conſulendu
Qui etiam, neglecto ſenſu, rationem qu
re (quando diſputat contra eos, qui om
dicebant moveri, *8. phyſ. 8. t. 22.*) imbec
tatem mentis meritò cenſet: & abſurdu
præter rem imaginationi ſeu rationi
d

re. 3 *phyſ. t. 37.* imò inſaniâ amplius, con-
evidentiam opinari. *1. de ortu & inter. cap.*
*50.* Senſu enim conſtat & experientia, ſeu
ſtimonio indubitato, & factum eſſe au-
m. (nam de hoc potiſſima lis eſt) & fa-
m eſſe ea arte, quam norunt Artiſtæ;
oſtentur Sophiſtæ, fraude ea, quam mul-
licem (ſex enim & triginta ejus ſpecies
cenſentur) ex Riceni Thraſibuli admo-
tione, *ad calcem ſuæ Confeſſ.* bene docet
enric. Khunradus. Et quoniam hujus jam
cta eſt mentio, non abs re duxi, ex admi-
ndæ diligentiæ ejus Amphitheatro ipſâ-
et illius verba hîc adſcribere, ut quan-
& quàm ampla Experientiæ, de qua dixi,
ſit atque poteſtas, omnes intelligant.
anc ille certè & meritò in hujus pugnæ a-
collocat prima, præferens eam Rationi,
pientibus, Naturæ Dei, Mentis igniculis, *Experientia vis.*
aturæ parenti, Conſenſui typico, Poten-
& voluntati Dei. Tot enim argumentis
itur, quibus Lapidem eſſe demonſtrat.
enim ait *Fig. 3. Amphitheatri*: Lapis
iloſophicus eſt. Hunc enim rerum ex-
rientia, omnium etiam ſola ſufficiens
giſtra, infallibiliter atteſtatur: cui refra-
ri nonne eſſet plus-quàm ſtultum? Hunc
baliſtamen præparatum) virtuoſè effi-

cacem vidit & Pontifex Roman. & Cæſ.
Majeſtas. viderunt & Reges Orbis ter-
rum non pauci: necnon Imperii Rom.
lectores nonnulli. viderunt & Princip
liquot, Comites, Barones, Nobiles, & p
pter virtutem & doctrinam à Nobili
proximi Doctores: imò ex omni gente,
daica, Ethnica & Chriſtiana, ſtatuque ac
dine paſſim, multi tam Eccleſiaſtici, qu
Politici; literati pariter atque illiterati, oc
lis (obſtupeſcentes Naturæ per artem mi
culo) viderunt, manibusq; tetigerunt
Sciens loquor. Hos omnes voco teſtes
phyſico-Chemiæ-maſtix eos interroga,
ſubſidium veritatis, veritatis amantes. R
ita habere teſtabuntur lubentes. Sequ
Ratio: de qua priusquam agam, pauca al
rum afferam exempla, præter illud Joh. A
dreæ (*in addit. ad Speculat. Rubr. de Crimine*
*ſi*) cujus mentionem facit Pancirollus. Q
enim plura volet, petat ab Artificibus, G
bro, Hermete, Comite Bernhardo, aliisq;
primis *Roberto Vallenſe*, qui ex profeſſo
pſit de Artis hujus Certitud. & Antiqu
te. Henr. Cornelius Agrippa *lib. 1. de*
*culta philoſoph. cap. 14.* affirmat, Spiritu auri
potius ejusdem formâ & parte puriore,
perfecta metalla & argentum vivum in
gent

*Exempla.*

ntum verti poſſe; ſeq; id vidiſſe & noviſſe. han. Franciſcus Picus *lib. 3. cap. 2.* de Auro urima recenſet, quæ quantum potero, in uca contraham. Obiit (inquit) antè ucos annos Nicolaus Mirandulanus, Saidos ex Minorum ordine, ſenex, nobis tus, integer vitæ; &c. Is & Bononiæ arntum, & Carpi aurum fecit ex ære, multom teſtimonio. Fecit & Hieroſolymis, i multos annos verſatus eſt: ubi ipſum rum feciſſe, vivit adhuc qui conteſtatur. æterea fuit inter Mortales ætate noſtra pollinaris, ex ordine Prædicatorum Saidos, boni nominis: qui non dubitavit ucis affirmare, ſe modos plus viginti nſtanter tenere, quibus verum aurum nficeret. Romæ publico in templo ſcriumerat: *Auri ex plumbo collectori.* Fuit te paucos annos Venetiis, qui publico ultorum Nobilium virorum teſtimonio, re parvula, quæ nec piperis grani quanatem excederet, magnum ſatis auri pons ex vero argento fecerit. Fuit in ditione ea, qui tribus teſtimoniis ex re tritici granm æquante, argenti vivi unciam vertit probatiſſimum argentum: atque unum his, qui viderunt, cùm alloquerer, audivi centem; ſe diligenter converſionem in-

*Nic. Mirandulanus.*

*Apollinaris.*

ſpexiſſe, coloriſque cinerei fuiſſe Medi-
nam. Vivit adhuc vir mihi notus & a-
cus, qui plus ſexagies ſuis manibus, ex re
metallicis aurum & argentum confecit,
præſente; nec una tantum via, ſed multis
eſt conſequutus. Vidi in confectione a
Metallicæ, in qua nec argentum, nec
rum, nec ſulphur, nec hydrargyros po
retur, ex inſperato ſimul aurum & arg
tum generatum. Vidi aquarum vi ex
argentum extrahi. Eſt alius, cui quoties
buerit, ſuis ex furnulis promitur auru
quod publicis officinis pro puriſſimo v
dit; cui ſatis amplæ ſunt opes, &c. Vivit a
huc, cui non deſunt opes, cujus manibus
æs converſum in argentum & aurum, ſu
quodam plantæ. Quidam inops, monſ
ta ſibi in ſomnis aqua, aurum fecit: qui i
ferrum bis in aurum vertit: ex auripigm
to ter quatérve fecit. Vidi alium, qui du
bus modis in verum argentum miſtum a
ro vertit argentum vivum. Vidi ex Cinab
ri, adjectis quibuſdam rebus, excluſo au
& argento, ſimul aurum fieri, ſimul arg
tum. Vidi ex mera Cinabari, olei cujuſd
ſimplicis admiſtione, aurum & argentu
ſed parvi momenti fieri. Vidi ſæpenume
hydrargyron, qui erat ex plumbo & ære d

tract

ctus, in argentum & aurum transforma-
Superioribus diebus & oculis vidi, & ma-
us contrectavi aurum, quod me inſpe-
nte factum fuit, ex argento, trium circi-
horarum ſpacio, nulla prius facta argenti
tatione, nec in hydrargyrum; nec in a-
m. Vidi non ſemel minus decima parte
æ diſjici metallum, ſic ut ſulphur alta pe-
t; hydrargyros ima. Vidi, prioris metal-
orma prorſus abolita, ſubito novam, id
auream, ſolertia artis imponi. Ego ſeor-
aurum, ſeorſim argentum diverſis gra-
is effici uno eodemque pharmaco; item-
e ſimul & aurum, & argentum eodem
pore, eodemq; pharmaco ſæpenumero
intuitus. Hæc Picus. quibus ſimilia mul-
eguntur apud H. Rubeum *lib. de Deſtillat.*
*4. c. 1. & 2.* Libavium *lib. 2. Alchym. tracta. 1.*
Robert. Vallenſem *loco citato.* qui etiam
habet Alexandri Imperatoris, in epiſto-
uadam ita ſcribentis: Homo noſter anti-
s eſt Draco noſter. Ille comedit caput «
m, cum cauda ſua. Et caput & cauda eſt «
nus & ſpiritus: & anima & ſpiritus ſunt «
ti de luto: & hoc ex Oriente & Occiden- «
er expellentem nocumenta. Non men- «
. quia quod dixi, vidi in civitate. Ferne- «
*lib. 2. de abditis rer. cauſſ. cap. 18.* ex profeſſo

de veritate & ratione artis teſtatur in verba: Non olfeci modò (de Lapide philoſophorum loquitur) verùm etiam de hoc parùm fortaſſe deguſtavi, lucro fœnore maximo, ut qui eo ſtudio verum comprobaverim, quod fabuloſo figmento haud ſimile putatur. Dicam veſtro hortatu, ſolum theſaurum depromturus, ſed ... cturus, quàm verè ſubſiſtat. Lapis philoſophicus, Elixir Arabibus, gignendi propagandique auri verum ſemen; non è ſulphure, ... gento vivo, alio; ſed ſolo ex auro, coque ... riſſimo quærendus.

*Lapidis philoſophici materia.*

*Hordea cui cordi, demum ſerit hordea, ...*
*Nunc aliunde pares auri primordia, ...*
*Semina ſunt auri, quamvis abſtruſa rece...*
*Longius, & multo nobis quærenda labore.*

*Augurellus.*

Maxima vis ſeminis oleo quodam inha... ſcit, atque id quidem in cæteris inflamm... cremarique poteſt: qua ex cauſſa id nulli... ignis ardore torreri abſumique poteſt, & o... mnem artis vim tolerat:

*——uni quoniam nil deperit auro*
*Igne, velut ſolum conſumit nulla vetuſtas,*
*Ac neque rubigo, aut ærugo conficit ulla:*
*Cuncta adeò firmis illic compagibus hærent.*

Fec...

undum autem id ſemen ſic eruito. Auri
iſſimi uncias duas, argenti vivi magno
s ſtudio præparati decuplo permiſce,
eque languido diſſolve, dum argentum
um prorſus exſpiret, priſtinumque auri
dus ſubſideat, in atrum pulverem reda-
m: qui tamen liquatus poſſit in propri-
auri naturam redire. Ex hoc dein pul-
e igne acerrimo vaporarii aquam conti-
nter elicies, dum pulvis totus in cine-
n candidiſſimum, & in calcem devergat.
lcem ſepties aquâ reſperge, quæ & to-
s exſpiratione inde prolecta ſit: o-
ique arte elabora, ut hæc impulſione
incurſione crebra ſeſe extenuent, & ab
ni ſorde feceque puriſſima reddant,
es conſecuta ſummas. Hæc duo ſunt
ius artis operiſque conficiendi primor-
,&c. Qui ænigmate hæc contexerunt,
nc aquam appellant *Argentum vivum, Cal-*
*m, verum Sulphur*. quorum permiſtione la-
s fit, ut ex aqua farinaque panis. Opus
tem poſtremum ut compleas, calcem pu-
m, obturato vaſe, reconde equino fimo
lente, diebus 40. dum in humorem album
ueſcat. In hunc juſtis dierum intervallis
uam ſenſim infunde, eâ quidem viâ & ra-
one, quam artis periti abundè explicarunt,

ut Calx aquam ſuam omnem ſenſim co-
bens, quaſi illic enutrita in lapidem v-
concreſcat. Hic *theſaurus* immenſus,
verum *Elixir*; hoc frugiferum *auri ſem-*
jus drachma ſi in ducentas quinquagin-
quati plumbi aut ſtanni drachmas infu-
tur, id univerſum in aurum puriſſi-
converteret: Imò etiam, ut cum Aug-
loquar;

*Ipſius ut tenui projectâ parte per im-*
*Æquoris, argentum ſi vivum tum*
*æquor,*
*Omne vel immenſum verti mare p-*
*aurum.*

Hæc Fernelius. quæ ut vera non ſint de
verſali lapide; ſatis tamen, ſi de partic-
Recentiſſima exempla ſi deſideras, pe-
Evvaldi de Hoghelande hiſtoriis nupe-
loniæ excuſis, Anno 1604. Adeò a-
clara veritatis hujus lux eſt, ut ex ipſis ad-
ſariis aliqui eam non diffiteantur. N-
Cardanus *lib. 6. de Subtilit.* coram Princ-
Senatu Urbis Venetæ argentum vivu-
aurum fuiſſe converſum à pharmaco
Tarviſino. Et cur tot præſtantes viri di-
rum gentium, tot tamque præclara d-
arte edidiſſent volumina? an in nugi-
famæ & gloriæ præſidium apud po-
qu-

*Chymicæ artis ſcriptores.*

rebant? Sunt Ægyptii, ſunt Arabes, ſunt
ldæi, Germani, Hiſpani, Angli : quos
enumeret? Agricola certè eorum & nu-
um & ſtudium admiratur, quamvis
smutationis adverſarius. Sic enim *in*
*u. Rer. Metallicarum*: Quò minùs multi
, ait, qui de re metallica ſcripſerunt,
nagis mihi mirum videtur, tot exſtitiſſe
miſtas, qui compoſuerunt artificium
netallis aliis in alia mutandis. Multos
molaus Barbarus, homo dignitate ge-
s & gradus, & omni doctrinarum ge-
ornatus, nominatim protulit. Ego
es proferam, ſed inſigniores tantùm.
ctum enim ſervabo. Itaque χημευτικά
lit Oſthanes, Hermes, Chanes, Roſinus
andrinus ad ſororem Theoſebiam, O-
iodorus Alexandrinus, Agathodæmō,
ocritus, Orus, Chryſorichius, Pebichi-
omerius, Johannes, Apuleius, Petaſius,
gius, Africanus, Theophilus, Syneſius,
hanus ad Heraclium Cæſarem, Helio-
s ad Theodoſium, Geberus, Callides
aidibus, Veradianus, Rhodianus, Ca-
s, Merlinus, Lullius, Arnold. Villanova-
Auguſtinus Panthes Venetus: fœminæ
Cleopatra, Virgo Taphuntia, Maria Ju-
Atque hi Chymiſtæ omnes orationem

ſolutam uſurpârunt, preter Johan. Aure.. Augurellum Ariminenſem. Quibus ſi numerarem Recentiores, Deûm immo.. lium, quantus exſtiturus eſſet teſtium nu.. rus? Laurentius Ventura *libro de Arte.. mica* gloriatur, ſe 250. volumina in nobi.. Bibliothecam Illuſtriſſimi Comitis Pala.. intuliſſe, & præter illa, quinquaginta ad.. alia habere. In judiciis, ubi de cenſu, cap.. fama agitur, duobus aut tribus teſtibus, .. lege divina, quàm civili, credendum eſt.. ita difficiles ſumus erga viros tot doc.. mos, & integerrimos, quorum ſcripta .. ſtant, propter paucorum ratiunculas, qu.. toties reſponſum eſt: universè quidem à .. bro, Ventura, Petro Bono Ferrarienſi: .. minatim autẽ Quercetanus eruditiſſime .. ſpondit Auberto: Eraſto Muſettus, Sev.. nus, Rubeus, Penotus; & Gaſto Claveus .. præſes Nivernenſis, in doctiſſimo libe.. qui inſcribitur Apologia Chryſopœiæ & .. gyropœiæ: Omnibus Libavius in Syn.. ſua Metallica altera; Alexandro Carrerio .. tavino Theſi 46. Eraſto Theſi 93. Pen.. Theſ. 98. Scaligero Theſ. 106. Auberto .. Fenotto Theſ. 107. Moguntinis Baccalau.. Theſ. 116. Cardano, 119. Solus reſtat Tho.. Moreſinus Scotus, qui nuperrimè auſu.. re..

*Chymicæ artis defenſores contra aliorũ ratiunculas.*

umere cauſſam Auberti adverſus Quer-
anum *lib. de Metallorũ cauſſ. & transmutat.*
qui & hunc compeſcat, forſan in mundo
. Omnes certè in eo conveniunt, nihil
tra rectam rationem committi, ſi ea,
m dixi, ſtatuatur, transmutatio: pro quâ
firmandâ, infinita propè ab illis addu-
tur, ſed quæ hujus loci non ſunt.
Cæterùm etſi ex iis, quæ diximus, ſatis
babile ſit, ne indubitatum dicam, Artem
m certam eſſe: (Aurum enim, quod ſic
atur, omnes in quovis examine retinet
prietates, colorem, ceteraque accidentia
ſtantiam auri ſequentia) nōn ideò tamen
conſultum videtur, ut nos Mari huic ad-
impetuoſo committamus. Hoc enim re-
ad Pancirollum annotandum: qui Ar-
n iſtam vix uni compertam arbitratur;
imos eâ ad paupertatem redactos affir-
. Nimirum adeò difficilis eſt acquiſi-
tanti boni, & eſt Lapis Philoſophorum,
n Cerdonum aut Ruſticorum. Præclarè *Difficilia, quæ pulchra.*
gerius Baccho: In quibus Deus magnam
ntem poſuit, in iiſdem etiam magnam
ficultatem collocavit. Difficultates iſtas
hymiæ ſingulari libro expoſuit Theo- *Alchymiæ difficultates.*
lus Hoghelande, quem & anteà lauda-
Sunt autem hæ tum in diſcendo, tum

in exercendo. In diſcendo aliæ à diſcent-

*1. in diſcente.* liæ à docentibus libris. Diſcens à Deo

num hoc petendo impetret oportet: ſ

poſſit, ipſe ſeſe præbeat timentem Deu

catis abhorreat: humilis ſit: prudens: do

Latini ſermonis peritus: Philoſophus: ſ

turæ principia ſciens: laborioſus & indu

us: conſtans: non iracundus: patiens: li

vacuus à curis: ſecreti tenax: abſtine

Sophiſtis: non prodigus: non avarus: c

tus in declinandis Diaboli illuſionibus: ſ

ficienter locuples: librorum copiam hab

ſtudioſus: faciat experimentum: ſanus

eſt, corporis, animi & fortunæ bonis

ſtructus, quos raros eſſe ſuo damno, d

parte prima. At major eſt, quæ ſequi

*2. in docentibus.* propter libros, ex quibus petenda ars, ſu

lectu difficiles. Vel enim ars in iis di

la eſt: vel involuta ænigmatibus, alleg

& ſimilitudinibus: tum ab Elementatis

mine, animalibus, eorumque partibus v

tabilibus, figuris, gummis, metallis &

tallicis: tum ab Elementis, diſſimilitu

bus, æquivocationibus, contradictioni

nominibus inuſitatis, characteribus, li

rum tranſpoſitionibus, pravis tranſcri

*3. in exercitatione.* nibus, ſtyli varietate, Impoſſibilibus.

te tertia explicatur difficultas, quæ c

exercitatione, tum ex parte materiæ, quæ
fundamentum operis aſſumenda: tum ex
rte regiminis, quibus inſtrumentis tra-
nda. Ubique incredibilis obſcuritas &
plexitas, ut dictum etiam parte ſecunda.
c hæc illa, non autem (ut putatur) artis
ertitudo, cauſſa eſt, quòd adeò multi,
antùm non omnes, qui huic arti indul-
nt nimium, non ſolùm oleum & operam;
& divitias, imò valetudinem & famam
rdant: ut meritò dicere poſſimus cum
eron. Rubeo, *libro de Deſtillat. ſect. 4. cap. 2.*
s in ſe mirabilem, quam in Metallis non
ciunt, experiri μεἰαμόρφωσιν; & cum De-
crito Phalereo, quod capiendum illis e-
minimè hos capere: amittere, quod poſ-
ebant. Hæ difficultates ſunt acquiſitio-
& incommoda: At longè difficilior eſt
ptæ fortè poſſeſſio: nunquam certè tuta
ſſeſſio: quæ ferè Sophiſtarum, nunquam
pientum eſt. Præſtò enim ab aliis ſunt in-
æ, & mille pericula, quæ expertus eſt à
parcha Picolomineo Bragadinus; dete-
ri tamen hinc conditioni reſervatus, ut *Bragadinus.*
parte quarta hic auctor. Poſſent Bragadi-
accenſeri exempla recentiora fortunæ
diſſimilis ejusmodi Sophiſtis dignæ, præ-
im quæ dedit Illuſtriſs. Dux VVirtenber-

gicus: ſed quia ea in ore omnium ſunt, a autorem illum redeo: & ex eo colophon loco adjicio carmen non inelegans, quan do eo hæc omnia ſummatim ſtatim à prin cipio complecti voluit ad lectorem, lu nim de ſuo libro eum compellat:

*Non tibi, Lector, opes Crœſi, non vell*
*Ponti*
*Aurea promitto, nec verbis fallere qu*
*quam*
*Fucatis quæro, potius ſed vera præfari.*

Sic poſtea ſubjungit:

*Chemiam vita, ſi mentis cura quiete*
*Eſt tibi. Namq; parum lucri, ſed dam*
*reiq;*
*Proluviem, morboſq; adfert; nimium*
*ſenectam*
*Accelerat triſtem; nec famæ parcit*
*neſtæ,*
*Cultoreſq; ſuos ſub inani nomine gaza*
*Quærendæ ludit miſeros, ſanabile nunq*
*Infligens vulnus, quo læſus, pectoris imo*
*Suſpirans, fluxas deplorat temporis ho*
*Artis at hæc minimè, quâ non præſtantior*
*Culpa, ſed artificum eſt, hæc qui myſteria*
*tant,*
*Prædari, & clauſas naturæ irrumpere port*

Q

*Qualis ſacrilegus, juris contemptor & æqui,*
*Perjurus, latro, mœchus, fraudator, avarus,*
*Stultus & imprudens, & quos Eccleſia telo*
*Sancta petit crimen propter, ſcelus atq; nefandum,*
*Fur, rapiens res alterius, quem cæca fatigat*
*Ambitio, cogitq; inſomnes ducere noctes,*
*Et ſua profundens nimium, vulgusque profanum,*
*Hoſtes Naturæ cuncti, quos odit & arcet*
*Hæc ars non facilis, quamvis per vota vocetur.*
*Quinetiam blandè ſeductos ridet, & auro*
*Privat, quo poterant felicem ducere vitam,*
*Contenti tantùm propriâ ſi ſorte fuiſſent,*
*Fœdos ſubſtituens fumos, tetrosq; vapores*
*Argenti vivi, Carbonum & Sulphuris uſti;*
*Queis inimica luant condignas corpora pœnas*
*Illorum, temerare manu qui ſacra parentis*
*Audent Naturæ turpi, digitisq; nefandis.*
*Nec tamen his contenta malis: ſed & inſuper addit*
*Pauperiem, cunctis vitatam, animique dolores*
*Perpetuos, ſtultæ nec non ludibria plebis.*

*Doctos atq; pios hæc cõtrà amplectitur ultrò,*
*Prudentesq; fovet gremio, portasq; patentes*
*Oſtendit, ducitq; manu, penetralibus imis*
*Sepoſitum monſtrans theſaurum, & ſumere mandans*
*Quantumcunq; velint, ceu præmia grata laborum,*
*Et fructus ſtudiis meritos, ſi fata Deusq;*
*Annuerint: ſi non ſalvos permittit abire*
*Corpore, nec rebus læſos, animiq; potentes,*
*Gaudentes Chriſto grates perſolvere dignas,*
*Qui bonus avertit, poterãt quæ forte nocere.*

Quippe cùm toties & tam anxiè à tam multis ingens illud Bonum, quod Ars iſta pollicetur, fuerit indagatum; at rariſſimè à quam pauciſſimis inventum: ut non deſint, qui Chimiſtas ſubjiciendos eſſe exiſtiment acerbæ illi Agenoris Sidoniorum Regis legi, qualem Cadmo filio ipſe præſcripſerat, ne niſi inventâ ſorore, unquam rediret: Itaque aut inveniendam, aut pereundum eſſe. Neque verò animus mihi eſt, ſingula, quæ in Artis hujus cultores indifferenter quidem, jure tamen in circulatores illos, alioſque ejus farinæ paſſim evomuntur, hîc recenſere. Miror tamen, ipſum etiam Jul. Cæſarem Scaligerum affirmare non dubitaſſe, *Exercit.* 2

*Agenoris lex.*

*ad Cardanum*, ſe Chymiſtas odio odiſſe plusquàm Vatiniano. Sunt enim (inquit) Noctuæ ad aucupia crumenarum, à quibus aurum, quod poſteà pollicentur aliis, ſibi captent priùs. [redacted] Petrarcha, mentiendi & fallendi artem, *libro primo de Remed. utriusque fortunæ, dicit.* Peucerus eo amplius, etiam Dæmonis præſtigias dicebat *in divino Divinationum tractatu.* Nec enim, ſi eidem Petrarchæ credimus, ex Alchymia ulli alii ſucceſſus ſperandi ſunt, præter fumum, cinerem, ſudorem, ſuſpiria, verba, dolos, ignominiam: quibus inopem nunquam ad divitias evectum, multos à divitiis ad inopiam redactos ſæpè vidimus. Notatumq́ue eſt, aliquos cæteroquin prudentes, hac inſania laborare: quosdam opulentiſſimos hac vanitate conſumptos, dumq́ue opulentiores fieri ſtudent, & fœdo quæſtui inhiant, benè parta prodigere, cenſuq́ue omni in ſupervacuis effuſo, tandem neceſſariis etiam fuiſſe deſtitutos: nonnullos denique amiſſis primùm animi luminibus, in hoc exercitio corporeis inſuper oculos amiſiſſe. Magna quidem promittunt Alchymiſtæ: ſed ea ſibi præſtare

*In Chymicos*

debebant, quæ promittunt aliis, primamq́ue ſuam pellere inopiam. Eſt enim ferè mendicum genus hominum: cumq́; ſe pauperes fateantur, ditare alios volunt: quaſi alienæ illis, quàm propria moleſtior ſit paupertas. Adverſus hos fuliginoſos Chymicorum fi- deſius extant Natalis Comitis verſus nõ in- eruditi *lib. 2. Mytholog. c. 6.* quos ut appone- rem, ipſe mihi Cynthius aurem vellit, & admonuit:

*Ars fallax, inviſa bonis, dulcedine captos*
*Jucundè ut perimis! dementibus improba*
*Siren.*
*Naturam ſuperare putas te poſſe per ignem?*
*Stulta, quid inſanis? te longis paſſibus illa*
*Deſerit, ac tandem nil perficis. illa colorum*
*Te fallit, rerum te fallit mille figuris.*
*Sic fertur Protheus ſe in multas vertere for-*
*mas,*
*Cùm fieret ſerpens dirus, cumq́; unda, ve-*
*ignis.*
*Uris opes, properans quas fumus portat in*
*auras.*
*Inde ardens miſeris torquet præcordia vi-*
*rus,*
*Exitialis amorq́; auri, ſæviq́; dolores,*
*Quos ſemel inſana fallacia ceperit artis.*

*Occupat hæc nulli miſero veſania mentem,*
*Ne pro peccatis hominum Sator atque Deorum*
*Supplicia, ingenteſq; paret mox ſumere pœnas.*
*Mendici fiunt, ſemper caligine barba*
*Squalet, & immodico turpantur pallia fumo.*
*Et nova quærentes ſemper mendacia, jactant*
*Defeciſſe ſibi vires. ubi nova reperta eſt*
*Mercurium ratio qua poſſint ſiſtere in aurum,*
*Ad notos homines inde hæc contagia ſerpunt.*
*Si quenquam arripiant, qui ſtultas præbeat aures,*
*Non prius effugiet, quàm ſit perpeſſus eandem*
*Fortunam, ſcopuloq; ratem confregerit uno.*

Sed quid de his ſtatuendum ſit, æquus æſtimabit Lector. Equidem ne litem hanc meam faciam, cenſoriam hîc virgulam adhibere nolo: ſed ad ſubſequens caput progredior.

# DE DESTILLATIONIBUS.

## Tit. VIII.

Deſtillationis origo.

*Deſtillatio inventa eſt* Imperi[o] *Romano jam conſtituto.* Cred[i]*bile eſt, eam in ipſo Alchym*[i]*æ exercitio ſimul excogitatam.* Sunt q[ui] *dicant, Medicum quendam, cùm in me*[n]*ſa patinam caulibus plenam haberet, ſub*[i]*tò avocatum ad ægrotum inviſendum p*[a]*tinam iſtam aliá cooperuiſſe, deinde abi*[iſ]*ſe: reverſum verò, ſuperiorem patina*[m] *humectatam reperiſſe: atque hinc a*[ni]*madvertentem, facilem fore humoru*[m] *extractionem, eò ingenium intendiſſe,* [ut] *Deſtillationis initium inde fecerit.* Hu[nc] *alios ſequutos, artem iſtam excolen*[do] *perfectam reddidiſſe. Eſt verò ars ea i*[n]

Vtilitas.

*primis utilis: ex qua etiam Aqua vi*[tæ] *promanavit, oleum Cinnamomi, & a*[lii] *liquores innumerabiles, & maximi eff*[e]*ctus. Sic evenit, ut omnes illæ aquæ* [e] *Cichorea, Cappari, & herbis aliis, quæ*

gro[…]

*otu propinari ſolent, hodie deſtillentur: m antehac coqui ſaltem, & decoctæ æ-u dari conſueverint.*

## NOTAE ſive COMMENTARII.

Quid Deſtillationis nomine aliâs intelli-tur, ſuprà vidimus ex Rubeo, *libro de Deſtil- Sect. 4. in proœm.* Nunc adhuc preſſiùs ac-pitur pro ea Chemiæ parte, qua elevati ha-us & vapores reſoluti in aquas aut olea, uorum uſus eſt in Medicina hodiè frequen-ſimus. Hujus artis paulò latiùs ſumtę am-tum, & rationem his verbis eleganter de-ibit Fernelius *lib. 2. de abdit. rer. cauſ. cap. 13.* uſilis, inquit in perſona Bruti, & metallicæ ius Philoſophiæ τῆς χημείας beneficio ex oquoq; tum ſtirpium, tum viventium nere ſubſtantias elicui planè varias: pri-um quidem aquam, eamq́; uberiorem, ſi rps virebat; parciorem, ſi areſcebat. Dein-oleum, non id quidem pingue ac ſordidũ, ale preſſu ex amygdalis & ex pleriſq; ſemi-bus trahitur; ſed artis præſtantioris opus, uod tempore nec ranceſcat, nec facilè cor-mpatur. Id autem duplex: Unum tenue & icans: Alterum ſiccius atque rubens. Po-

*Deſtillatio.*

*ejus deſcriptio ex operibus, quæ ſunt*

*Aqua.*

*Olea.*

ſtremò fecem terrenamq́; ſubſtantiam, ſub-
Sales. dentem inſtar cineris atri & exuſti. Hac di-
ſolutione conabamur miris artibus ex uno
quoque corpore quatuor illa rerum pri-
mordia, quæ ortu Natura permiſcuerat, di-
jungere: Aquam in concreto vapore; Aëre
in albicante oleo; in rubente Ignem; in fe-
Terram. Cæterùm neutiquam præſtare
cuit, ut ex iis quicquam prorſus ſimpl
purumq́; ſecerneretur; quòd, ut inquit Au-
gurellus,

*Quæ miſcet Natura potens, confundit eodem*
*Haud ars ulla poteſt prorſus disjungere.* —

Quanquam autem ſecreta hæc ſimplicia
ſunt: puriora tamen, quàm in permiſtio
elucent, iisq́ue ignis beneficio non paru
ſordidæ materiæ ab Elementis contractę
ceſſit. Quocirca ſi quæ denſandi, aſtringe
di, corroborandi, detergendi, aut aliæ à m
teria vires inerāt in compoſito, hæ in ſec
tis illis minore ſunt efficacia. Jam verò to
us ſubſtantiæ proprietatem nusquam ſe
ſim puram conſiſtere deprehendimus: ſed
ſingula illa etiamnum ſecreta penitus i
mergi: Infirmiorem in aqua, quæ præſert
è ſtirpe viridi proliciebatur: in ea quippe h
mor exuberat alimentarius, nondum ſtir
vim omnem ac proprietatem adeptus. E
cac

iorem in oleo, multoq́; in rubente quàm bo: illud ſiquidem & odore& ſapore totius bſtantiam referens, propria ſedes digno- tur inſiti ſpiritus & caloris, in quibus pro- ietas tota ſubſiſtit, foveturq́;. A fece terre- ,& ab aquoſo humore, quaſi ab impuro- m Elementorum vinculis vindicatum o- m, purius quidem evadit; perinde atque narum ſanguis ab alvi fece nonnihil et- n occultarum virium manet, quod & arte mi poteſt. Fex uritur, dum prorſus albe- t, & in calcem redigatur, quæ certè pro- o humore diſſoluta eximiis viribus præ- llit. At verò qui neglecto quatuor ſub- ntiarum diremptu quidpiam ſecernere dent, in quo maxima ſit proprietatis ef- acitas, & illa, quæ multis dici ſolet *Quin- Eſſentia*; primùm è re ſubjecta aquam len- vaporario prolectant: hac deinde feces pergunt, ut ſecundò humorem eliciant: q; ſeptena reſperſione & exſpiratione fe- torreri non ſinunt, & ex his vim faculta- mq́; omnem exhauriunt, aquæ maximeq́; denti oleo innixam, quæ ad multa utilis ommodataq́; ſit. Quin etiam exceptas a- as vaſe, Pelicani effigie, multa agitatione ractuq́; longo circulantur, quò hæ vires titæ efficaciſſimas, in Quintæ illius Eſſen- naturam vix ulli corruptelæ obnoxiā fa-

*Deſtillationis præſtantia.*

ceſſant. Hæc Fernelius. Quæ ſi nondum præſtantiam & rationem hujus artis oſtendunt, eam cognoſcas licet ex Johan. Bapt. Porta, *Magiæ Natural. lib. 10.* in cujus proœmio Deſtillationem & Neotericorum appellat inventum, & rem miram, ultra mortalem ſortem laudandam. Docet enim (ait) ars admirabilis, ut gravia corpora fiant ſpiritus, & ſublimẽt, & Spiritus craſſeſcant, & corpora evadant. Rerum vires, quæ mole obrutæ, conculcatæ, ſuis veluti in loculis delitescentes, puriores, tenuiores, & absq; impurioris materiæ acceſſione è plantis, metallicis, lapidib⁹, & gemmis elicere, easq; uti non ſua ſorte contentas, nobiliores ſublime educere, ac veluti in cœlum ſuſtollere poterimus, itemq; Chymiſticis organis plantarum virtutes inveſtigare, & melius quam veteres guſtu. Quid igitur majus poterit cogitari? Naturæ eſt res producere, ac viribus dotare: artis eſt, productas nobilitare, & multiplicibus viribus ditare. Poteſt hæc deſtillandi ars aquas & oleum extrahere: item Eſſe, Tincturas, Elixires, Sales, & ejusmodi ſimilia. Item Miſtum quodammodo in elementa diſſolvere, ac ſingula puriora reddere: varias & adverſantes ſuas faculates ſeparare, & elicere, ut ex voto uti poſſimus. Hęc

æ autem ad Artem iſtam Univerſam per-
ent, non tantùm apud eundem Portam,
ab aliis infinitis habentur expoſita: à Re-
tioribus quidem, Geſnero, Rubeo, An-
naco, Quercetano, Severino, VVekero,
gio, Dorneo, Aragoſio, Libavio, Mu-
o, Medullâ deſtillatoriâ, Epiſtolis Crato-
& Zuingeri, Carolo VVittẽſtein, &c. poſt
teres, Lullum, Philippum Ulſtadium, Pa-
ſum, Arnaldum de Villa nova. Hi enim
n tantum Aquarum & Oleorum; ſed Eſ-
rum, Salium, Tincturarum, Magiſteri-
um, Elixirium, aliorumq; infinitorum, nõ
deſtillatione, preſſiſſimè ſic dicta Panci-
lo, nitro de aquis & oleis; ſed & pluribus
modis (qui omnes tamen ad ſolutionem
oagulationem, ut in transmutatione re-
i poſſunt) artificioſè factorum. Inprimis
ò diligenter eos videbis expoſitos apud
rnæum in Clave, *lib. 2. cap. 7.* apud Liba-
m *in Epiſtolis Chym. lib. 1. Alchymiæ. & Com.*
*1. à lib. 3.* Qui ad ꝑparationes Medicamẽ-
um accommodant omnia, variant. Alii e-
, in quib⁹ primas facilè tenet Cæſalpinus
*2. de Med. fac. à cap. 15.* prima genera faci-
: Separationem ſolam, & Alterationem
oq; ſub qua Deſtillatio propriè dicta, ad
rentiã nõ ſolũ aliarum preparationũ, ſed

etiam ſublimationis, in qua exhalatio in
co refrigerii non convertitur in liquore
ſed adhęret ſicca, ut fuligo in caminis. Jaco
Zvvingerus autem *Exam. princ. Chym. cap.*
ponit Alterationem & Corruptionẽ, ſub q
Deſtillatio. Ad rem.

*Deſtillationis oblectatio.* Nec verò ſumma delectatione caret D
ſtillatio. Nam ut Hier. Rubeus ait *in Epiſt. D
dicat. lib. de Deſtillat.* Artis iſtius cum Natu
ludentis, ac potiùs, ut Zeno dicere conſuev
rat, Naturæ artificioſè ambulantis miracu
conſpici jucundiſſimè à nobis poſſunt, du
varii ex aridiſſimis quandoq; rebus deſtilla
tis humoris, halituumq́; colores prodeu
perinde ac riparum veſtitus viridiſſimi,
prata floribus diſtincta, cœlumq́ue ipſ
verſicolore, ſub Auroram, facie: præt
quam quòd hinc quandoque latè diffuſ
planiciem, quandoque montes in ipſis v
ſibus videre videamur: ſæpè liquores p
lucidos amnium, ſæpè lacus, ſæpè fontes. S
cies etiam ſe nobis objiciunt frugum, ſpec
arborum, quæ & fructus ferant: aquar
prætereà inductionibus Terris quand
quaſi fœcunditatem damus, ſicut artis o
in rerum Natura ferè alteram Naturam e
cere videamur.

C

Cùm itaque tanta ſit Artis hujus præ-
ntia & ſuavitas: non immeritò de Anti- *Antiquitas.*
itate & origine ipſius dubitatum video.
rum ſi ad nobiliſſimum philoſophorum
idem præparandum opus eſt iisdem ope-
tionibus: id quod omnes uno ore cla-
nt: Antiquitatis jam confecta res eſt in
perioribus; nec repeto. Sin aquas &
ta hoc modo præparata conſidero; plus
ntroverſiæ invenio. Rubeus ait *lib. de*
*ſtillat. Sect. 1. cap. 4.* hanc artem ad ſexcen-
amplius annos duraſſe, cùm Raſis & Al-
chaſis de ea perinde ac de recepto jam &
is noto modo verba faciant, viri in arte
dica celeberrimi, circiter Annũ Chriſti
80. Sunt tamen (inquit idem) in quibus
rmolaus Barbarus eſt, qui velint eam
ltò antiquiorem eſſe, adducti arca qua-
n Ateſtino in agro reperta: in qua ele-
nta à Maximo Olybio ſecreta, Plutoni
ratum munus viſa ſunt. Sed quoniam ve-
nne ſit an fictum ab aliquo, qui vaſibus in
a illa locatis, fidem huic arti facere vo-
rit, neſcio: neque ſi deſtillatione al:áve
e aut methodo fuerit elaboratum: idcir-
nec rejicio, neq; affirmo: quanquam car-
na illic reperta, antiquitatem ſapere vi-
ntur. Hæc ille.

Præſtat autem ex Petri Appiani Antiqui-
tibus huc referre. Patavii ante aliquot ann
mirabile artis Alchimicæ argumentũ inve
tum eſt. Urna fictilis erat his verſib. nota

*Plutoni ſacrum munus ne attingite fures:*
*Ignotum eſt vobis hac quod in Urna la*
*Namq; Elementa gravi clauſit digeſta lab*
*Vaſe ſub hoc modico Maximus Olibri*
*Adſit fœcundo cuſtos ſibi copia cornu,*
*Ne precium tanti depereat laticis.*

Intra hanc Urnam reperta eſt minor alia
apertâ duæ ampullæ inventæ ſunt affabr
laboratæ, altera ex argento, altera ex au
puriſſimo quodam liquore plenę, quo lu
na adhuc ardens per multa ſecula conſer
putatur. Urnulę inſcripti erant hi verſ

*Abite hinc peſſimi fures;*
*Vos quid vultis veſtris cum oculis emiſſitii*
*Abite hinc veſtro cum Mercurio petaſat*
*duceatoq;:*
*Maximus Maximo donum Plotoni ſa*
*crum facit.*

Hæc P. Appianus.

Langius *lib. 1. Epiſt. Medic. 53.* affirmat, u
ſtillaticii liquoris (de hoc enim præcipu
ſermo) à Græcorum & Arabum Medic
ſe acceptum: quippe ex Græcis Actua
ferè poſtremum, primum tamen aqua

m meminiſſe hisce verbis: Stillaticii roſa-
m liquoris, quem Rhodoſtagma nomi-
nt, libra una cum Saccharo ferveat, do-
c evaneſcat. Ac inter Arabes Meſue (qui
it anno Chriſti 1160. teſte Bucholzero *ex*
*ſſaro*) ſublimationis aquarum abſinthii &
larum meminit primus: Aqua, inquiens,
blimationis abſinthii, fit ſicut aqua roſata,
ſimilia, quæ fiunt in vaſis ſublimationum.
nt tamen, qui Hippocrati, Ariſtoteli &
aleno cognitam fuiſſe hanc artem cenſe-
t. Rubeus loco allegato ſententiam illam
buit Jac. Antonio Cortuſo, patricio Pata-
o: quam ibi refutat: ut & R. Lulli, qui
Hippocratem argumentatur ex illo divi-
quod fit in morbis, *1. Prognoſtic.* quod &
principiis & tota Medicina Chymica co-
us eſt oſtendere Petrus Severinus Danus,
nobili ſua Idea philoſophica, potiſſimùm
libr. Hippocr. *de veteri Medicina.* Huic
oppoſuit Eraſtus *parte 3. ſuar. diſputat. ad-*
*ſus Paracelſum.* quàm feliciter, alii judicēt.
Ariſtotele Melchior Guilandinus de-
nſtrare conatur *in tractat. de papyro, mem-*
*b.* ex quodam problemate. Propè affirma-
uſim (inquit) ſtudium artis Chymicæ a-
d Barbaras gentes antiquiſſimum fuiſſe,
Romanos verò & Græcos derivatum tar-

diùs, præſertim cùm Ariſtoteles quoque ej meminiſſe videatur. Nam 23. *Problm.13.* quærens, cur mare potis ſit flammam emittere aqua potabilis non item? cauſſam reddi quia oleum arte ex ſale extra[illegible] poſſit. Quod quidem oleum nemo niſi Chymica arte eliciet, etiamſi ſalem mille torcularibus quàm arctiſſimè comprimat. At Rubeus *medic. libr. de Deſtillatione*, extenuat hoc argumentum præ illo, quod de aqua ardente, ſeu Spiritū vini conjicit *ex 2. Meteorologic.* quàm è mari. Sed & de cæteris, qui volet, conſulat Rubeum *dicto loco*, & Libavium *lib. 1. & 2. Epiſt. Chymic.* Hic enim ſparſim multa de hac differit quæſtione.

*Deſtillationis origo.* Reſtat origo, ſeu Artis occaſio, quam profectò ex ipſa natura magni & parvi Mundi hauſtam eſſe, evidentia ipſa docet: ut præclarè obſervavit idem Rubeus *lib. de Deſtill. Sect. 1. cap. 1.* Nubes, pluviæ, venti, ſic fiunt in Magno mundo: Catarrhi in homine, Parvo mundo; ut Deſtillationes artificioſæ. In familiari, culinâ præſertim, nihil eſt notius. At Pancirollus mavult petere ex fortuito il[illegible] Medici exemplo de patellâ. Cujus, ut & [illegible] periculi cùm mentio hoc loco fieret, venit mihi in mentem frequentiſſimi illius Adagii, quo ſimile ſimili obtigiſſe innuere v[illegible]

lent

ites, *Dignum patellæ operculum* acceſſiſſe di- re ſolemus? Atque eo quidem ipſum et- m M. Varronem uſum video in Satyra, cui ulum fecit: εὗρεν ἡ λοπὰς τὸ πῶμα, περὶ γε- μηκότων: id eſt, *Reperit olla operculum, de ptus.* Ita enim præſtantiſſimus Philologus Medicus Hadrianus Junius *lib.6. Ani- madverſ. cap.3.* Titulum illum reſtituit: qui, & alii in vulgus eo usque deformati alio- in circumferuntur, ut plus vulnerum vel ius Varronis liber , quam Scœvæ apud æſarem clypeus tela prætulerit; plure ſor- s contraxerit, quàm ſi ætatem in Camari- palude jacuiſſet. Cajum igitur Cajæ ob- iſſe gratulantes, aut mordaci ſale Caſcam ſco nupſiſſe inſimulantes , Dignum pa- llæ operculum obtigiſſe dicimus. Sic cùm fandæ Veneris & puerilis amoris ſectato- s, non ſecus atque Cinœdi ipſi & pathici, rumq; calamiſtrati eſſent, & alendæ Co- æ ſtudioſiſſimi; factum inde eſt, ut *Comati* r opprobrium dicerentur: tanquam huic orum mollitiei Coma, dignum ſcilicet ellâ operculum acceſſiſſet. Hinc videli- t Syneſius Sophiſta ſcripſit, Cinœdos eſſe eros omnes, qui alerent comam. Et apud idam eſt: οὐδεὶς κομήτης, ὅστις οὐ περαίνεται, ἢ ψηνίζεται: *Nullus Capillatus, qui non ſubi-*

*Dignum patellâ operculum.*

*Comati, pro mollibus.*

*gatur.* Unde Martialis inter cætera, quæ a pueri pulchritudinem faciũt, exigit, ut mol les ei colla flagellent comæ. Quò ſpectat il apud Horatium commendatio

——*teretis pueri, longam renodantis comam*

Pueris autem iſtis Comæ tondebantur, uxo res ducentibus Dominis, aut alioqui cùm pſi jam exoleſcerent. quod interdum mun novæ Nuptæ obibant. Martialis:

*Flammea texuntur Sponſæ; jam tæda p rata eſt;*

*Tondebit pueros jam nova Nupta tu*

**Cinerarii.** Interdum Tonſores ad hoc peculiariter co ducti: qui *Cinerarii* dicebantur, quòd una de Miniſteriis eorum eſſet, calefactis in C nere Calamiſtris torrere ac vibrare crine ſicuti ad illum Catulli locum,

——*nunc tuum Cinerarius Tondet os,*

Muretus rectè annotavit. Sed & pueri meritorii, ſive Cinœdi, ut internoſci poſſe

**Manicæ.** etiam tunicas cum manicis geſtabant, m mulierum: quæ ſi honeſtæ erant, inſupe meretricibus vitta, ſtola & inſtita diſcer bantur. Docet hoc Tertullianus *lib. de C Mulier.* Quid minus habent infeliciſſi illæ publicarum libidinum victimæ, qu quæ leges à matronis & matronalibus de ramẽtis coërcebant, jam certè ſeculi imp bi

tas honeſtiſſimis quibusq; fœminis usque errorem dinoſcendi coæquavit. Quid em aliud ſunt matronalia decoramenta, quàm ſtola, inſtita & vittæ? quas Ovidius puoris inſigne appellat, cùm caſtam à ſcripto rum caſto arcet: *Matronalia ornamenta.*

*Eſte procul vittæ tenues, inſigne pudoris,*
*Quæq; tegis medios inſtita longa pedes.*

e meritorio verò puero, illud Plauti in eudolo: *Maniculati, pro mollibus.*

*Manuleatam tunicam habere hominem decet,*

ſtus Lipſius rectè interpretatur *lib. 4. Anuar. lection. cap. 8.* motus altero illo Plauti coin Pœnulo:

*Quis hic eſt cum tunicis longis quaſi puer*
*Cauponius?*

illo Scipionis Africani in Sulpicium: Qui conviviis cum amatore cum *Chirodota tuca* accubuerit, eúmne quisquam dubitet, in fecerit, quod cinœdi ſolent?

Parœmiam porrò iſtam in illum, quem i, ſenſum etiam uſurpavit D. Ambroſius: abeat quoq; Jupiter (ait) comam; dignum delicet patellâ operculum, egregius ille ſtuartifex, & prodigioſus luparum omnium eſſor. Idem privilegium cedat Appollini, natori non minùs ſtrenuo, & in pathicos iato. Neque abeat hinc aſymbolus Ne- *Rurſum de comatis: Iove.* *Apolline.* *Neptuno.*

ptunus, cujus libidinum fervorem marin
undæ nullæ exſtinguere potuerunt, quin i
omne Nympharum genus efferveſceret. Bac
*Baccho.* cho deliciis diffluēti, ſemperq; puero, & aſſi
duè pręter pocula aliud non tractanti, ociu
non ſuppetiiſſe tollendæ comæ veriſimil
ſit, propterea intonſo ſemper. Egregia
verò laudem & encomium hinc reporten
Tyanæus, impoſtorum columen, &, ſi Di
placet, medicus Æſculapius, circulator & l
*Æſculapio.* cripeta ſummus: (talis enim à Cyrillo & Pi
daro deſcribitur) quem auri ſitis & intol
randus faſtus, quo ſupra hominem ſe geſſ
excuſent comatum. Eodem jure abſolvem
*Simone Mago.* Simonem, Magum illum inſignem, & Chr
ſti plagiarium, quem etiam κατάκομον, h
eſt, comatum fuiſſe conſtat: & illum Div
*Mezentio.* rum contemtorem Mezētium Virgilianu
cui comti tribuuntur capilli. Quibus add
*Polyphemo.* tur unoculus ille Polyphemus, laudans hi
tas virili in corpore ſetas: ut tam huic, qu
alteri illi fides fiat proverbio, quo dicunt
*Labra ſimiles habere lactucas.* Sanè in Capill
tos & Comarum nutricones graviſſima e
ſtat D. Pauli reprehenſio *1. Corin. 11. verſ.*
Nónne, inquit, natura quidem ipſa doc
vos, quòd Viro, ſi comatus ſit, probro
contrà Mulieri, ſi comata fuerit, decori ſit
quó

ȯd Coma pro velamine illi data ſit. quam
rem plura videri poterunt apud Hadria-
um Junium, in elegantiſſimo tractatu *de Co-
a*: præſertim verò *capite quarto*. Ubi præ-
are docet, cæduam fruticantium crinium
lvam tondendo reſecare, quàm inutili Co-
æ alendæ ſtudio divexari.

Ad adagium porrò iſtud alluſiſſe videtur
neas Platonicus, ſummę Philoſophus in-
gritatis: dum Euxitheum introducit
heophraſti commenta deludentem, qui
ctitabat, animas, relicto humano corpo-
, id genus bruta ſectari, eique inhærere,
orum opera viſæ fuerint imitati. Nam *Hyperbolus in Muſcam.*
Hyperbolum quendam impudentiæ
otaret, inquit: Muſca item trahet Hyper-
olum, quippe par fuit utriusque impuden-
: ac ſi diceret, Dignum eſſe patellâ oper-
lum. Per Muſcam enim hominem im-
ortunum & impudentem hieroglyphi- *Muſca impudentia.*
denotari, Johann. Pierius docet *lib. 26.*
uantumvis etenim hanc ſæpius & aſſiduè
pellas, & à te ſubmovere contendas: tan-
tamen eſt impudentiâ, ut identidem re-
re, & infeſtare te minimè vereatur, nul-
mque tuorum commodorum rationem
beat. Sive loquare, ſive dormias, ſive bi-
s, ſive, cibum capias, ſive legas, ſcribas; pa-

rata ſemper adſtat, ut in faciem inſiliat m am, infeſta, importuna, incommoda, nul rei niſi faſtidio de ſe concitando idone Hinc apud Ciceronem *2. de Oratore*, ridicu dictum de moleſtiſſimo Juvene: *Ab Muſcas puer.* Mihi quidem herclè meditan ti hæc & ſcribenti plus quàm moleſtæ ſun Ideoque *Myjagron* illum Muſcarum Deun cui ab Eleis ad avertendam peſtem litatu legimus apud Plinium *lib. 10. cap. 28.* ſemp eis iratum imprecor.

*Myjager Muſcarum Deus.*

*Vara vibiã ſequitur.*

Nec verò abſimile Parœmiæ iſti eſ quod adagii ſpecie itidem uſurpatur: *Va ſequitur vibiam*, quo Auſonius *in præfatio Technopægnii* uſus fuit, cùm ita ſcripſit: Ut vetere verbo eſt, ſequitur Vara vibiam; ſi milium nugarum ſubtexo nequitiam, & Quo loco vetus gloſſa Varam & Vibian duas exponit perticas, inter ſe colligata quæ aſſerem ſuſtineant. *Vara* igitur ſigni cabit perticam ab ſummo furcillatam: *Vi bia* autem perticam transverſam, quæ fur cillæ illi impoſita eſt & colligata. Quare Vara cadat, & Vibiàm cum illa cadere ne ceſſum eſt: ut ex Vitruvio *libro 10. cap. 19.* Jo ſephus Scaliger rectè interpretatur *lib. 1. Au ſonian. lection. cap. 18.* Proverbium id quadra in eos, qui cùm uni vitio indulſerint, de plora

rata omni verecundia, & profligato pu-
re ad alia præcipites feruntur, quaſi omni
ta bonorum alea. Cum quo planè conve-
, quod Hiſpanis, in hoc ſermonis genere
utis, familiare eſſe idem monet Scaliger.
dem quippe ſenſu dicunt, *Funis ſequutus
ſitulam.* Cùm enim ſitula decidit in pu-
m; & funis quoque, quo illa apta pende-
t, ſequitur. Nec diſſimile his multum eſt,
òd *ſimiles habere labra lactucas* dicimus, aſel-
carduos comedente: & qòud *ipſa olera olla
ere* dicitur. quod poſterius proverbiali ſen-
ia Catullus uſurpavit de Mamurra, quem
nimiam libidinem, ad infamiam uſque
entulam appellat, hoc diſticho:

*Funis ſecutus eſt ſitulam.*

*Olla legit olera.*

*Mentula mœchatur, mœchatur Mentula: certè*
*Hoc eſt, quod dicunt, Ipſa olera Olla legit.*

icitur proverbium in eos, qui, quod ſe fa-
re oportet, faciunt: ut cùm libidinoſus &
ax ſcortatur & mœchatur; ebrioſus potat.
lera enim in olla coquũtur; quæ, cùm eis
plẽtur, ipſa legere videtur, id eſt, colligere.
amurra igitur Formianus, adulter & ne-
am, cùm mœchabatur, id faciebat, quod
Nebulonem facere oportebat. *Hadr.
Turnebus. lib. 3. Adverſ. cap. 13.*

# DE CAMPANIS.

## Tit. IX.

Campanarũ inventio. CAmpanæ repertæ fuerunt circ
annum CCCC, à Paulino Epi
ſcopo Nolano. Eſt autem Nol
Campaniæ oppidum, in quo Auguſtus vi
tam cum morte commutavit. Dictæ ſue
runt Campanæ, quia in Campania inven
Notatio. tæ. Dictæ & Nolæ, à loco, in quo primùm
ſuerunt factæ. Harum maximus uſus eſt
Vſus. earum quippe beneficio horæ etiam procul
audiuntur, ſive noctu in lecto cumbamus
ſive interdiu ab horologio procul ſimus
disſiti, ſive etiam nubibus obductus ſit
aër. Anteà verò neceſſaria erat Clepſydra
ut ſuprà diximus. Præterea invitant nos
ad divina officia: exorto incendio auxi
lium poſcunt: & cùm ad arma deventum
eſt, concilium Civitatis convocant: ut &
Scholares ad lectiones frequentandas
Judices ad jus Litigantibus dicendum: ac
ut uno verbo dicam, omnes actiones publi
cas intimant: & ſine his videri poſſumus
quaſi deperditi.

NO

# NOTÆ ſive COMMENTARII.

Vulgaris error eſt, quo Paulinus Epiſco-us Nolanus, Divi Hieronymi æqualis, & anctimonia vitæ ſpectabilis, primus in ſu-m Eccleſiam Campanæ uſum invexiſſe reditur; quaſi priori ſeculo ignotus illa erit. Verius namque eſt, Virum illum nctiſſimum Gentilium ſacrorum abuſum orrexiſſe, & ad pia munia transtuliſſe, ut imirum ejus ſtrepitu exciri poſſent ſemo-ius habitantes ad conciones precationes-ue. Cæteroquin enim iisdem, quibus odie, uſibus deputatas fuiſſe priſcis quo-ue ſeculis Campanas, Hadrianus Junius iſertè docet *lib.3. Animadverſ. cap.11.* Nam, t hodie etiamnum moris eſt, ita & olim ſi uis e vita exceſſiſſet, æra Campanæque pul-bantur, ut pervetus Theocriti Scholiaſtes nnotat: quòd eo ſono averti credebantur pectra & Dæmonum ludibria. Magicas ertè incantationes Campanæ pulſu inhi-eri, non obſcurè indicat Tibullus, cùm ita anit:

*Paulinus.*

*Campanarum uſus.*

*Campanis ſpectra fugari credita.*

*Magicæ incantationes inhibitæ.*

*Cantus & e curru Lunam deducere tentat,*
*Et faceret, ſi non æra repulſa ſonent.*

Æris enim tinnitu credebant fieri, ut

ne magicorum carminum ſonus ad Lun
perveniret; eamque hoc modo laborant
adjuvari. Quo ſenſu accipio illud Statii P
pinii, *Thebaid.6.*

*———attonitis quoties avellitur aſtris*
*Solis opaca Soror, procul auxiliantia gent*
*Æra crepant, fruſtraq; timent.*

Quanquam Junius locum illum de vi hoſ
um ingruente intelligat, cujus indicium a
Campani tinnitu datum olim fuerit. Hi
Livius: Campanorum, inquit, multitu
cum æris crepitu, qualis in defectu Lunæ
lenti nocte fieri ſolet, edidit clamorem. S
nè deficienti Lunæ crepitum diſſonum a
xiliari, etiam Plinius innuit *lib.2.Natur.*
*ſtor.cap.12.* Idque Temeſeo æri nominat
tribuitur ab Ovidio: qui propterea æra di
auxiliaria Lunæ. ut & Juvenalis:

*Æra laboranti poterunt ſuccurrere Lun*

Et Manilius *lib.1.*

*Seraq; in extremis quatiuntur gentibus æra*

Cujus ſuperſtitionis eandem, quam noſ
tionem adducit, & ex Ambroſio confir
Hadr. Turnebus *lib.22.Adverſar.cap.24.*
*Luna laborans.* borantem igitur Lunam cùm dicunt, r
bore eam præ verecundia ſuffundi intel
gunt, quòd magico victa carmine cogat
cedere. Seneca in Hippolyto:

*Et nuper rubuit, nullaq́; lucidis*
*Nubes ſordidior vultibus obſtitit.*
*At nos ſoliciti lumine turbido,*
*Tractam Theſſalicis carminibus rati,*
*Tinnitus dedimus.*

bi Theſſalicis carminibus, idem eſt, quod agicis: quemadmodū & per *Theſſalam* mu- erem, Statius magam, incantatricem & ſa- am intelligit: ——— *Theſſala victrix* *Rudet anhelantes audito carmine bigas.* *Theſſali magiâ infames.*

Theſſalia enim Magiæ ſtudium quàm axime floruiſſe, vel iis notum eſt, quibus pulejus non ignotus. In cujus Apologiam, ua ſe ipſe defendit publico de MAGIA ju- cio, nuper in lucem prodiit Cōmentarius loctus, Juppiter, & laborioſus!) Viri Clariſ. ipionis Gentilis *JC.* quem ſi evolveris, Le- or, magnam ſtudiis tuis acceſſionem fece- s. Atque hæc ſuperſtitio (quamquam ne naxagoræ quidem perſuaderi potuit, ut riptum reliquit Laërtius) ipſis etiam Chri- anis quandoq; adhæſit: adeò ut Divo Ma- mino cauſſam dederit, ſeriò populum in- epandi Homilia, quæ inter Divi Ambroſii ſtat LXXXII. *Scipio Gentilis.*

Hinc tamen raceptum arbitror, cur to- nte cœlo campanarum boatu perſtrepa- r; quandoquidem illarum comploſu aë- *Campanæ tonitrua infringunt.*

rem longè latéque diverberante, vim toni-
trui infringi ſit creditum.

Lacones, Rege defuncto, lebetes vi-
Campanarum complodere ſolebant. Jud-
tibicinibus utebantur, ut ex Matth. 9. colli-
gitur. Ubi ſoſpitator humani generis Chri-
ſtus, Scholarchæ filiam ex morte in vitam
quaſi poſtliminio revocaturus, Tibicine
funeris deductionem præſtolantes jubet ſ-
ceſſere. Eundemque morem etiam aliis u-
tatum fuiſſe, Statius Papinius *lib. 6. Thebai-*
indicat:

*Tibia in funeribus.*

*Cùm ſignum luctus cornu grave mugit adun-*
*Tibia, cui teneros ſuetum producere manes*
*Lege Phrygum mœſta.*

quo loco etſi Statius Tibiam ad pueroru-
funera reſtringere videtur: proclivius ta-
men eſt, ut eam etiam in adultiorum fune-
ribus adhibitam dicamus. Docet id Ovidiu-
*1. Triſtium*:

*Tibia funeribus convenit iſta meis.*

Quanquam etiam dici poterat, Papinium
loci ad originem reſpicere, & velle
Phryges næniam ad Tibias primùm
ri ſolitam, in funere infantium. Phrygu-
enim id inventum fuiſſe, vel Catullus pl-
num facit, qui ob id Tibiam dixit barba-
ram. Atqui *Barbarorum* nomine inter alia,

*Barbari.*

quidem

uidem in-primis Trojanos poëtis ſignifi-
ri, Johan. Bernartius ad illum Statii locum
ecte obſervavit : licet hac appellatione i-
ſos etiam Romanos quandoque notatos
uiſſe, negari non poſſit. *Alciat. lib. 6. Parerg.* *c. 14.*

Planè Apollodorus in libro, quem de Diis inſcripſit, Hierophantam, hoc eſt, Proſerpinæ ſacerdotem tintinnabulum ſive nolam pulſare Athenis cõſueviſſe ſcribit. quod tamen anteà & Moſaicus Sacerdos, Pontificio habitu geſtare jubebatur *Exod. 28.* Ad imas enim tunicæ fimbrias aurea tintinnabula, malaque punica alterna appendebantur, ut eorum ſonitus quotieſcunque Pontifex ingrederetur egrederetúrve ſanctuarium, exaudiri poſſet. Significabat id, oportere Sacerdotem vocalem eſſe; non quidem calumniando, & ſaniorem, ac necdũ ſatis cognitione perceptam doctrinam ad imperitum vulgus plenis buccis criminando, ut *Clamatoribus* illis, q [redacted] e frequens & familiare eſt : ſed ex ore nunc docendo, nunc arguendo, nunc hortando, ſæpiſſimè verò conſolando, atque ea conquirendo opportuna remedia, quæ noſtra ſibi fragilitas videbitur expoſce-

*Tintinnabula in ſacris.*

*Clamatores.*

re. Itaque Tintinnabulum prædicationis inſtitutionis eſſe hieroglyphicum, Johan Pierius monet *lib.37.* Meminerint tame verbi divini præcones, niſi & ipſimet adv cis ſuæ clangorem, vivendi rationem inſti tuerint, atq; ita ad normam illam vitam a commodarint ſuam, Campanis ſe vel in h quoque aſſimilandos fore; quæ, etſi clariſſi mum edendo ſonum alios citant, ipſæ t men ſibi ſurdæ ſint & ſtupidæ. [redacted]

Eodemq; planè ſenſu Apoſtolus: Si vel h minum (inquit) vel angelorum linguis l quar, charitatem autem non habeam; fact ſum æs reſonans, ac cymbalum tinnie *1.Cor.13.*

**Tintinnabula in Excubiis.**

[redacted]bitores ol [redacted] liſſe; ad quorum pulſum ilico fuerit dendum. Idem auctor eſt, Tintinna lis pulſandis exploratos fuiſſe equos ge roſos, an conſternaces eſſent, & pugnæ multu percellerentur. Sed & qui ob facin

**In ſuppliciis.**

ultin

timo ſupplicio afficiebantur, tintinnabu-
ſive nolas geſtare ſolebant: ſive ad convo-
ndam plebem; ſive etiam ad eam arcen-
m: ne quis inter eundum illorum conta-
u contaminaretur, & piaculo ſe obſtringe-
t; ut eſt apud Zonaram *lib. 2. Annal.* quan-
uam Tintinnabula iſta nõ tam Reos ipſos,
àm Carnifices geſtaſſe, ex Plauto fiat pro-
bile, *in Pſeudolo*, Scena, *Pſeudolo non.*

*Lanios accerſam duos cum Tintinnabulis.*

t *in Truculento.* Sc. *Ego ne ubi.*

*Ne ego bilingues vos necem, niſi*
*Ad Tintinnaculos voltis vos educi viros.*

bi per *Tintinnaculos* viros nulli alii poſſunt
telligi, quàm Carnifices: ut à Turnebo re-
è eſt obſervatum *lib. 11. cap. 21.*

Conſtat etiam, Campanæ ſonitu apud
omanos populum in thermis, ſtatis horis, *in thermis.*
l advocari, vel dimitti ſolere. Unde Mar-
alis:

*Redde pilam, ſonat æs thermarum: ludere pergis?*
*Virgine vis ſolâ lotus abire domum?*

onet enim, eum qui in gymnaſio eſt, ut ſi
vari velit, ſonante Tintinnabulo properet:
ulò pòſt enim nullum lavandi locum fu-
rum; ſed ſola aqua frigidâ, cui *Virgini* no-
en erat, fore lavandum. Tintinnabulo

igitur Romani è gymnaſio revocabantur lo
turi ad thermas mox claudendas.

Græci quoque in piſcatorio foro ſu
cœnam pulſabant Nolam, teſte Plutarch
*libr.4.Sympoſ.* ubi heluones obſonatoresq
dici notat, qui in foro piſcatorio eſitaren
celeriterque Tintinnabuli pulſum exaud
rent. Verba Plutarchi ita Latinè reddid
Hieronymus Mercurialis *lib. 1. Variar. Lecti*
*cap. 25.* Adhæc opſophagos ſive obſonio
rum amatores minimè eos, qui bubulis ca
nibus delectantur, eſſe dicimus, quales fu
Hercules: neque ficuum amatorem, ut Pl
to, quem virides ficus unà cum carnibus
diſſe, notatum eſt; neque Uvarum cupidum
ſicuti fuit Arceſilaus: ſed eos, qui cotidiè ta
bernas, ubi veneunt piſces, circumambu
lant, exquiſitéve tintinnabulum audiunt. E
jus rei non injucunda exſtat hiſtoria apu
Strabonem *lib. 14.* Nã cum citharœdus qu
dam apud Jaſſios artem oſtentaret, interim
Nola, quæ in cupediario erat foro, vende
dorum piſcium ſignum increpuiſſet, om
ad piſcium negotiationem dilapſi ſolum
deſtituerunt; excepto tamen uno, qui Su
daſter erat. Accedẽs itaq; ad eum Citharœ
dus: Gratias tibi ago, inquit, qui & Muſic
ſtudiis hunc honorem habueris, &, ſicut
te

*in foro piſcatorio.*

[redacted]

Nec verò ignotum eſt, Dodonæum æs, il- d in loquaces & obſtreperos directū pro- rbium: quòd in Dodona duæ eſſent co- mnæ, in altera pelvis ærea, in altera puer m flagro pelvim vento impulſam percu- ens. Unde tinnitus in multas horas perdu- bat. quanquam Plinius *lib. 36. cap. 13.* etiam sq; flagri iſtius percuſſione, tintinnabula a vel ſolo vento agitata longè ſonitus re- liſſe ſcribit: ut meritò cum Juvenali **Dodonæum æs.**

*Tot pariter pelves, tot tintinnabula credas.*

[redacted]

*Nili catara-cta.*

[redacted] Al-
tus, qui cùm Biturigibus ægrotaret, paru-
abfuiſſe ait, quin impedito ſomno maxi-
tum neceſſario ad Orcum demitteretur, l.
*8 parerg. cap. 11.* Ex quo quæſitum eſt, an ſin-
ti fabri ferrarii & lignarii, itemq́ue malle-
tores alii, qui juxta ſcholas aut Doctoris d-
mum arti ſuæ operam dantes, diurno n-
cturnoq́; ſtrepitu meditationes Doctor-
impediunt, è vicinia expelli poſſunt; itaq-
immodicus Campanarum pulſus inhib-
queat? Et quidem de fabris & malleatorib-
ferè incunctanter [redacted]

*Faber è vicinia quando pelli poſſit.*

[redacted]

um ſit, ſilentium diſcendis artibus non mi-
ùs, atque otium eſſe accommodandum *l.
C. de excuſat. artific. lib. 10.* Idq; vel eò magis, ſi
Doctor prævenerit fabrum, & præ mallea-
ore iſto ſedem ibi occupaverit: quandoqui-
em præventionis cauſſa in jure potiſſimum
onſideretur: prout rationem hanc aſſignat
acob. Menochius *lib 2. de Arbitrar. Judic. Cen-
ur. 3. caſu 237. n. 6. per l. 2. §. ſi quis nemine. ff. Ne
uid in loco publ. cum l. potior. l. qui balneum. ff.
Qui potior. in pign. habeant.* Atq; ita in facto ob-
inuiſſe ſe ſcribit Matthias Colerus, contra
ietorem quendam, qui ſe illi ad latus ingeſ-
ſerat in vicinia, & ſub mediam noctem ſur-
endo ac compingendo ſtipandoque vaſa
inaria, tantos ſtrepitus & clangores exci-
rat, ut multas noctes coactus fuerit inſo-
nes tranſigere. Ideoque vietorem illum
ompulſum, ut habitatione ea dimiſſa, de a-
cogitaret, vel operas ſuas in iſta vicinia
mitteret. *Matth. Coler. de proceſſib. exſecu-
t. princip. cap. [illegible]* Campanarum verò
ulſum quod attinet, di[illegible] ab
terpretibus. Nam ſi ægrotanti Doctori,
emque Scholari & vicino cuilibet gravis ſit
modicus ille & non neceſſarius Camp[illegible]
rum ſtrepitus: placuit, eum non ſecus ac
avem & peſtilentem odorem coërcendum

*Campanarū pulſus an inhiberi queat?*

eſſe. *l. 2. §. Idem ait. 29. ff. Ne quid in loc. pub*
Bartholom. Cæpolla *de Servitut. Ruſtico*
*prædior. cap. 43. de Aëre.* Alciatus *d. l. 1. n. ſ*
ſiquidem ſalus hominis, cujus gratiâ Natu
omnia comparavit, *l. ſi pecudum. 28. ff. de Uſu*
nullo modo æſtimari queat. *l. ſi pater. 34. in*
*ff. de Donat.* & exinde rebus omnibus & cu
vis commodo ſit præferenda. *Lucas de Pen*
*in l. un. C. de ſtudiis liberal. Urbis Romæ. lib. 11.*
*ca fin.* At ſi bene valentes & ſani ſint vicin
obtinuit Oldradi ſententia *Conſ. 228.* exiſt
mantis, minimè ferendos eſſe, qui adverſa
tur, ceu nimis delicatos. Nam & Demoſth
nes, Plutarcho teſte, ſponte procurabat,
**Sybaritarum mollicies.**
ſtrepitui adſueſceret: damnatiq; à Veterib
Sybaritæ, ceu nimis molles, quòd artifices
mnes obſtreperos civitate excluſerint, ta
quam eorum quietem turbantes. *Alciat. lib*
*parerg. c. 11.* De Sybaritarum porrò molli
dixi quædam *lib. 1. Tit. de Equis.* Quibus a
dantur, quæ in eandem rem ſcriptis cõme
davit [redacted] Philippus Camerarius
*20. Operar. ſuccisivar. Centur. 1.*

**Nola.**

*Eſt autem Nola Campaniæ Oppidum*
Oppidi hujus apud Virgilium quoque oli
fuit mentio: ſi verum eſt, quod Gellius pr
di

idit *lib.7.Noct.Atticar.c.20.* Scriptum enim n quodam commentario reperiſſe ſe ait, erſus iſtos à Virgilio ita primùm eſſe recitatos atque editos:

> ——*dives erat Capua, & vicina Veſevo*
> *Nola jugo.*

oſteà Virgilium petiiſſe à Nolanis aquam, t duceret in propinquum rus; Nolanos beeficium petitum non feciſſe: Poëtam ofenſum, nomen Urbis eorum quaſi ex hoinum memoria, ſic ex carmine ſuo deraiſſe, *Oraq;* pro *Nola* mutaſſe, atque ita reiquiſſe.

> ——*& vicina Veſevo Ora jugo.*

dq; & melius & ſuavius ad aures eſſe Gellis adſerit.

Nec verò diſſimulandum hoc loco eſt, Campanos, & ex his Nolanos, inprimis oris npuri & immundi fuiſſe habitos. Unde & *ſci* à quibusdã dicti, quaſi obſcœni, ut Porhyrio ad Horatium notavit; ex Feſto forſſis, qui Oſcis ait frequentiſſimum fuiſſe um libidinum ſpurcarum. Hinc lucẽ accit illud de Clodia uſurpatũ ænigma: *In trinio Coa, in cubiculo Nola.* Eo ipſo enim Cloiæ objicitur oris obſcœnitas, & omnis innda libido, qua notati ſunt Nolani; vel, ut

*Nolanorum turpitudo.*

*In triclinio Coa, in cubiculo Nola.*

Auſonii verbis, Criſpæ fœdiſſimam Vene-rem objicientis, utar:

——— *quam Nolanis Capitalis luxus inuſſit*:

ut cùm libidinoſa & laſciva in convivio eſ-ſet Clodia, & quædam Venus Coa; in cubi-culo à nulla obſcœnitate, quæ Nolanis fami-liaris erat, abhorreret. *Turneb. lib. 3. Adver-ſar, c. 19.* Capitalem igitur luxum cùm dici Auſonius, videtur oris, quæ præcipua capi-tis pars eſt, ſpurcitiem & obſcœnitatem no-tare. Eodem certè ſenſu Catullus, *Capite de-miſſo*, dixit in Gellium inceſtus infamiâ no-tatum:

**Capitalis luxus.**

**Capite demiſſo.**

*Nam nihil eſt quicquam ſceleris, quod prodeat ultrà,*
*Non ſi demiſſo ſe ipſe vorex capite.*

ubi, *demiſſo capite*, malè audit, & de oris fœdi-tate illa erit accipiendum: ut apud Cicero-nem, de Sexto Clodio: Sed ſi requiri juſſeris invenient hominem apud Sororem tuam occultantem ſe Capite demiſſo. Quibus ver-bis quid innuatur, ii intelligunt, quibus no-tum eſt, quid *Phœnicíſſare* dicatur Veteribus & qua nota Phœniciſſantes ſecernantur à *Lesbiantibus*. Neutrum me explicare ſinit pudor meus. Quòd ſi quis tamen utrunq cognoſcere tantoperè geſtit, adeat ſanè Hie-rony-

**Phœniciſſare**

**Lesbiare.**

onymi Mercurialis *librum 4. Variar. lection.* *ap. 13.* Nec me latet, Lud. Cœlium Rhodiginum ænigma iſtud aliter explicare *lib. 19. Antiquar. lection. cap. 11. & lib. 29. cap. 1.* Sed illa Turnebi interpretatio & argutior, & vero mihi propior videtur.

Luxuriam verò illam ex Regionis iſtius fertilitate promanaſſe, quis dubitet? quandoquidem totum illum Campaniæ tractū, locorum omnium, quæ uſpiam vidi, fertiliſſimum eſſe, mecum fatebuntur, qui & ipſi Neapolitanum Regnum peregrinando colluſtrarunt. Adeò verum omninò deprehendi, quod Polybius jam antè *lib. 4.* ſcripſerat: nempe, Campanum agrum eſſe & copia rerum, & fertilitate regionis, deniq; & amœnitate ac pulchritudine ſitus excellētiſſimū. Scripſerat id ipſum & Florus *lib. 1. c. 16.* his verbis: Omnium non modò in Italia, ſed toto orbe terrarum, pulcherrima Campaniæ plaga eſt; nil mollius cœlo, nil uberius ſolo: deniq; bis floribꝰ vernat: ideò Liberi Cererisq; certamen dicitur, &c. Plinius etiam ipſe *lib. 3.* *c. 5.* Campaniæ felicem illam ac beatam amœnitatem deprædicaturus; palàm eſſe ait, eam uno in loco gaudentis opus eſſe Naturæ. Jam verò (addit) tota ea vitalis ac perennis ſalubritatis cœli temperies eſt, tam fertiles cam-

*Campaniæ fertilitas & amœnitas.*

pi, tam aprici colles, tam innoxii ſaltus, tam opaca nemora, tam munifica ſylvarum genera, tot montium afflatus, tanta frugum & vitium olearumque fertilitas, tam nobilia pecori vellera, tot opima tauris colla, tot lacus, tot amnium fontiumque ubertas, totam eam perfundens: tot maria, portus, gremiumq; terrarum commercio patens undique; & tanquam ad juvandos mortales ipſa avidè in maria procurrẽs. Idem Plinius, cum de totius Campaniæ præſtantia, utpote quæ univerſæ terræ anteſtaret, ſatis multa diſſeruiſſet *lib. 18. cap. 11.* ſigillatim etiam de *Laboriis*, Campaniæ ſcilicet parte, ſubjungit: Quantum autem univerſas terras campus Campanus antecedit: tantum ipſum pars ejus, quæ *Laboriæ* vocantur. Cujus verbi rationem ipſi quoq; Itali obſervaſſe videntur, quibus tractus ille *Terra di lavoro* etiamnum appellatur; ſive quòd in agro colendo plurimus exſudetur labor, quòd pingue ſolum vi ſua molientium manibus reluctetur: ſive quòd hoc inprimis ſolum dignum ſit, in quod hominum induſtria & labor inſumatur, neq; unquam à cultu ceſſet: ut Ubertus Folieta de laudibus Urbis Neapolitanæ interpretatur. Et his quidem deliciis magna etiam fit acceſſio fœcunditate & fragrantia

*Laboria.*

*Terra di lavoro.*

Citri

itri arboris lætiſſimę, fructum cum florib’
uaviſſimè miſcentis. Quid multis? putes te
pectare Alcinoi Regis pomaria, in quibus
er quotannis non renovatur, ſed quæ jugi
erflantur Favonio:

*Et pyra adulta pyris ſuccedunt, maláque malis,*

t Homerus tradidit *Odyſſ.* 7. Poſſit præ fer-
iliſſimo hoc Campaniæ tractu vel ipſa etiam
edere Hymettos Attica, & Iſthmos Ephy-
æa, & Tænaros Spartiaca: quamvis glebæ
elices has tantoperè Apulejus deprædicet.
edat etiam *Ereſus* feraciſſima Lesbi civitas,
heophraſti patria: licet cives ipſius Ereſios,
imulachrum Cereris ἑρμόχυ, quaſi tu *Mer-
curivehum* dicas, Delphico Apollini conſe-
raſſe Athenæus fabuletur, *lib.* 10. *Dipnoſoph.*
ò quòd ager Ereſius præſtantiſſimum can-
didiſſimumq; frumentum produceret, cujus
polline Mercurius ad Deos, ſi quando pane
eſci voluerint, ſubvehere fingebatur. Quod
pſum & Archeſtratus poëta expreſſit iis ver-
ibus, quos ex Græcis ita Latinos fecit Ha-
rianus Junius *lib.* 5. *Animadverſ. cap.* 4.

*Ubere agri dives Ereſus circumflua ponto*
*Fert nive cādidius frumentū, atq; inde farinā,*
*Siquando eſt uſus Superis, Cyllenius emtat.*

oſſit etiam fœcundiſſimus ille Campaniæ
ractus, omnigenas cùm ſegetis, tum arbores

pomiferas ſuaviter educans, refractum
Hercule Acheloi cornu appellari, copiæ
mnimodæ pulchritudinem oſtentans. Na
Hercules,

*Dum tenet, infregit, truncaq; à fronte revell*
*Najades hoc pomis & odoro flore repletum*
*Sacrarunt; diveſq; meo bona Copia cornu*

ut ait Ovidianus Achelous *lib. 9 Metamor*
De hac autem tum Campaniæ ubertate, tu
verò de aliis quoq; locis tã in Europa, qu
Aſia atq; Africa vel ad miraculum fœcund
eruditè diſſerit Joh. Bruyerin. de re Ciba
*lib. 4. cap. 13. & 14.* Verùm quemadmodu
agris fertilibus plerumq; zizania ſolet in
ſci: ita etiam in fœcundiſſima illa ubertat
abundantia, videre in Campania eſt maxi
perditiſſimorum quorumq;, & contra N
turam luxuriantium improbitatem: ut tri
vulgi ſermone ibi circumferatur proverbi
*Il regno Napolitano è un delicato paradiſo,*
*habitato dagli Diavoli.* quod Philippus C
merarius itidem annotavit *Operar. ſucciſiv*
*cap. 85.* Adeò, ex Poëtæ ſententia,

*Campania improborum hominum ferax.*

*Luxuriant animi rebus plerumq; ſecund*

Pabu[illegible] certè ubertatem, quæ genituræ red
dantiam plantis etiam, nedum animantib
affatim ſubminiſtrat, in homine quoq; ſa
citatis cauſſam exſiſtere, Empedocles trad

*Ex ubertate luxuria.*

Qu

ò pertinet illud Euripidis: *Vult crapula- Cypris, haud famelicum.* quod ab Achæo ntum, qui multò antè dixerat: *Amara Cy- eſt eſurientibus.* Latini dixerunt: *Sine Cere- & Baccho friget Venus.* Hinc eſt, quòd Æ- ptii ſacerdotes, victus luxum & laſciviam Porci ſimulachro, ob animantis iſti' mul- licem & aſſiduam voracitatem atq; inglu- m ſignificabant. Sic enim Thebis Ægy- is olim erecta erat columna, in qua pluri- in Menin Regem exſecrationes deſcri- erant: quòd primus omnium Ægyptios arſimonia ad luxuriam, à modeſtia ad in- perantiam, à virtute ad effœminationem xiſſet, quapropter ſimulachrum ejus Por- m eſſe voluerunt. Sic & Plotinus, cùm ani- l hoc maximè voluptarium agnoſceret, diſſertat de Palingeneſia, in id eos rever- icit, qui vitam omnem in libidinibus & uptatibus egerint. *Joh. Pierius libro 9. Hie- lyph.* Et Epicurus, qui felicitatem in volu- aria vita poſuit, ſcitè notatur ab Horatio, tatores ejus Porcos nominante *lib. 1. Ep. 5.*

*Porci Hiero-glyphicum.*

*Epicurus.*

*Me pinguem & nitidum benè curata cute viſes,*
*Cùm ridere voles, Epicuri de grege porcum.*

ppe cùm ſectæ iſtius aſſeclæ ita ſe in volu- tes abjiciant, & proſternant, ut immundi s in volutabra. Non ego intelligo (inquit

Cicero ex Epicuri dogmate *lib. 2. de Fi-bus)* quid ſit, aut ubi ſit ſummū bonum, p[r]ter illud, quod cibo & potione, aut auriū [de]lectatione & obſcœna voluptate capiatur.

Planè Luxuriæ cauſſam ipſemet qu[i] Bernhardus rerum abundantiæ adſcrib[it,] dum triumphantem illam graphicè in hu[nc] modum depingit: Luxuriæ currus, ait, q[ua]drigis volvitur vitiorum, Ingluvie ven[tris,] Libidine coitus, Mollicie veſtium, Otii ſo[po]riſq; reſolutione: trahitur Equis æquè du[o]bus, Proſperitate vitæ, & Rerum abunda[n]tia: & qui his præſident, duo; Ignaviæ to[r]por, & infida Securitas. Quanquam non ta[m] ipſa rerum opulentia, quàm abuſus rep[re]henſionem debebat incurrere. Rectè [e]nim Hieronymus: Non uſus rerum, ſed [li]bido utentis in culpa eſt. Quæ ſi ſemel h[o]minis animum invaſerit, tam altas inibi r[a]dices ſolet agere, ut vix ac ne vix quidem e[x]ſtirpari inde poſſit: cùm certum ſit, eam G[an]grenæ inſtar latiùs ſubinde ſerpere. Nam, verìſsimè dixit Cicero *in Cat. Major.* imp[e]dit conſilia voluptas, & rationi inimica eſt, mentis, ut ita dicam, perſtringit oculos. *Paradox.* 1. ait: Quò major voluptas eſt, magis mentem à ſua ſede ſtatuq́ue dimov[et.] Gradatim & diſertè hoc docet Gregor[ius] *in M*

*Luxuria triumphans.*

*Moral.* cùm ita ſcribit: Ex quo Luxuria ſe-
el mentem alicujus occupavit; vix eum bo-
cogitare permittit. Sunt enim deſideria
coſa, quia ex ſuggeſtione oritur cogitatio,
cogitatione affectio, ex affectione dele-
atio, ex delectatione conſenſus, ex conſen-
operatio, ex operatione cõſuetudo, ex cõ-
tudine deſperatio, ex deſperatione pecca-
defenſio, ex defẽſione gloriatio, ex gloria-
ne damnatio. Quocirca Seneca *28. Epiſt.*
onet, indurandũ eſſe animum, & à blandi-
tis voluptatũ procul abſtrahendũ. Et qui
m libidinis initiũ continebis, ſi exitũ co-
averis, ut idem Sapiens ſcribit *lib. 2. de Mo-*
, quanquã adeò blandum malum Luxuri-
dixit Val. Maximus *lib. 9.* ut accuſare id
quanto ſit facilius, quàm vitare. Eſt ſci-
et malorum eſca voluptas, qua homines
iuntur, ut hamo piſces. *Cic. in Cat. Ma-*
Eſt itidem imitatrix boni, malorum ma-
omnium: cujus blandimentis corrum-
ntur, quæ naturâ bona ſunt. *Cic. lib. 2. de*
*gib.* Teſtatur id diſertè de Campana Lu-
ria (qua de nobis potiſſ. ſermo eſt) Vale-
s Maximus: quam perquàm utilem Ro-
næ civitati fuiſſe ſcribit. Etſi enim Cice-
*1. Officior.* non eſt conſentaneum, qui
tu non frangitur, eum frangi cupidita-

te; & qui invictum ſe à labore præſtit vinci à voluptate: Invictum tamen a Annibalem (ait Valerius) Campana ill xuria illecebris ſuis complexa, vincen Romano militi tribuit. Illa vigilantiſſim ducem, illa exercitum acerrimum dap largis, abundanti vino, unguentorum grantia, Veneris uſu laſciviore, ad ſomn & delicias evocavit. Verùm quod tum nibali, id ipſum anteà & Romanis ipſis a derat, cùm primùm Capuam occupaſſ Jam tum, ait Livius, minimè ſalubris mili diſciplinæ *Capua*, inſtrumentum omn voluptatum, delinitos militum animos a tit à memoria patriæ. Solent enim hu modi loca tot deliciis abundantia, ſine c ac ſanguine, peculiari quadam ratione u ſci, & pœnas de iis ſumere, à quibus occu tur. Nam cùm eos pravis moribus imbu effœminatosque reddant; facilè tales eff unt, ut poſtmodum à quovis, nullo ferè la re opprimantur. Quod & Juvenalis expr illo verſu:

*Luxuria incubuit, victumq; ulciſcitur or*

Innuit enim ex Capuanorum, utpote mo ſimorum converſatione, Romanorum mos fuiſſe immutatos: ut qui priùs parc duriter vivere ſolerent, poſteà gulæ lux

ſeſe tradiderint: quemadmodum rectè
dicat Nicol. Machiavellus *lib. 2. de Republ.*
*19.* Idquod pari eventu ipſi etiam *Lydi* **Lydi.**
probarunt: quos victos juſſit Cyrus cau-
as, & ludicras artes, & lenocinia exercere.
c gens induſtria (inquit Juſtinus *lib. 1.*)
ondam potens, & manu ſtrenua, effœmi-
a mollitie luxuriaq; virtutem priſtinam
didit: & quos ante Cyrum invictos bella
ſtiterant, in luxuriam lapſos, ocium ac
dia ſuperavit.

*Quippe nec ira Deûm tantum, nec tela, nec*
*hoſtes,*
*Quantum ſola noces animis illapſa voluptas.*
*Ebrietas tibi fida comes, tibi Luxus, & atris*
*Circum te ſemper volitans infamia pennis.*

uinto decimo Punicorum apud Silium
mus. Quid ergo (ait Val. Maximus) his
is fœdius, quid etiam damnoſius, quibus
us atteritur, victoriæ langueſcunt, ſopita
ria in infamiam convertitur, animiq; pa-
r & corporis vires expugnantur? adeò ut
cias, ab hoſtibúsne an ab illis capi perni-
ius habendum ſit: & vel hinc liquidò cō-
in voluptatis regno non poſſe virtutem
ſiſtere, quod Cicero *in Catone Majore* e-
giè diſputatum reliquit.

# DE HOROLOGIIS.

## TIT. X.

**Horologia.**

*INventis campanis, introducti quoque fuit Horologiorum uſu quorum conficiendorum rati deſumta eſt à Vitruvio, qui docet, quomo do Rhedæ fieri queant, demonſtrant quot milliaria ſingulis horis feceris: ea demq; ibi rotas diſponit, quales hodie i horologio uſurpantur. Loco autem Ca* culi, *qui ſingulis horis in pelvim decid bat, adinventus eſt* Malleus, *quo percu ſa campana horarum numerum deſign*

**Variæ horum formæ.**

*Quidam Angelorum imagines effing loco ſe moventium, & pulſantium Cam panas, ac dum Mariæ virginis ſimul chrum prætergrediuntur, honorem ei e hibentium. Alii alia excogitarun Hodie ita ſubtiliter elaborantur, ut, q velis hora, te excitent: inventusq; eſt co ficiendorum iſtorum modus, ut etiam ab que libramine appenſo, vel in menſa po vel à collo ſuſpendi poſſint, amygdali*

..., vel aliter efformata. Quædam etiam Lunæ ſtatum in cælo repræſentant. Neque his tamen terminis conſtitit humanum ingenium. Quoddam enim apud Reverendum D. Delphinum vidi, quod ærea coronarium illud æs ſuos habebat circulos, Solis etiam Eclipſin demonſtrantes. Per eos quoque Sol procedens in eodem deprehendebatur ſigno, quo in cælo. Veſpe... occidebat: manè exoriebatur ſupra id horizontis punctum, quo in cælo ſolebat. Luna ſimiliter à Sole modò disjungebatur, modò cum ipſo rurſum, non ſecus atque in cælo conjungebatur. Audio Carolo V. horologium à Cremonenſi aliquo donatum fuiſſe, quod univerſam cæli machinam, cum omnibus ſtellis firmamenti complecteretur; itemq; cum ſignis, quæ non aliter atque in cælo circumagerentur: ita ut ipſum Cælum quaſi in terram delatum videretur. Nec verò negari poteſt, Inventionem iſtam egregiam, & notatu dignam eſſe.

# NOTAE ſive COMMEN-TARII.

*Hora.* Horam, Providentiæ Deam, olim nun-cupatam fuiſſe Quirini uxorem, docet illud Ennii:

*Teq; Quirine pater, veneror, Horamq; Qui-rini.*

Docet id etiam Ovidius, quamvis primam nominis iſtius ſyllabam corripiens, cùm ita canit:

*——& priſcum pariter cum corpore no-men*

*Mutat, Horamq; vocat, quæ nunc De-juncta Quirino eſt.*

Eandem olim & Hortam & Stimulam, à hortando atque ſtimulando dictam fuiſſe Labeo exiſtimavit: & ædem ejus nunquam claudi ſolitam Plutarchus propterea tra-dit, quòd negligentes ſocordesque Deam nunquam pateretur, ſed ſemper aliquid præclari fieri hortaretur, nunquamque ceſ-ſandum. *Horæ tres.* Poſteà tres à Veteribus excogita-tæ fuerunt,

*Et Jovis & Themidos Horæ de ſemine natæ,*
*Eunomia atq; Dice, atq; Irene dives, & om-*
*Florentes, vernæ.*

*Earum offi-cium.* quarum etiam officium Heſiodus deſcri-

rùm eis curæ eſſe ait, mortalia facta matura-re. & Ovidius has cœli portas ſervare dicit, tum Janum ita introducit loquentem:

*Præſideo cæli foribus cum mitibus Horis.*

Unde & cœli Janitrices dicuntur Homero,

*——quis cura polus, regioq́ ſuperna eſt,*
*Nubila quæ pellunt, quæ inducunt nubila cœlo.*

De quibus plura videri poterunt apud Joh. Guilielmum Stuckium *in deſcriptione Sacrorū Sacrificiorumq́ Gentilium, mihi fol. 17. & 18.* Per Horas autem intelligi par eſt tempus opportunum ad quippiam agendum: quod Græci εὐκαιρίαν; Latini *Occaſionem* vocant, habentem in ſe ordinem actionum. Nec aliud eſt καιρὸς, quàm tempeſtivitas & punctus temporis. Jam verò omnibus rebus certa ſtataq; tempora & accommoda eſſe conſtat, ex ſuperioris Demiurgi provida atq; inenarrabili ſapientia diſtincta, ut rectè dixerit Eccleſiaſtes *cap. 3.* Omnia tempus habent, & ſuis ſpaciis transeunt univerſa ſub cœlo. Tempus naſcendi, & tempus moriendi: tempus plantandi, & tempus evellendi quod plantatum eſt: *& quæ ſequuntur.* Ac ut ſingulis actionibus ſua meliùs accōmodarentur tempora, neceſſaria horum in ſuas partes facta eſt diſtributio. Hinc Annus in Menſes: hi in Dies; Dies rurſum in Horas fuerūt diviſi: *Temporis diſtributio.*

& quidem quisq; horum in ſuas duodecim vel ex cœli dimenſione, quæ ſecundùm mu ſicam rationem in duodecim partes diſtin cta fertur: vel ex Cynocephali obſervatione ſiquidem id animal utriusque Æquinocti tempore duodecies, per horas quippe di ſingulas, ac duabus item noctibus ejusmo potus excrementa profundere, ab Ægypti Sacerdotibus fuerit animadverſum. Accede bat, quòd in his ipſis temporum cardinib Cynocephalus duodecies, horis quippe ſi gulis, quanto poteſt ululatu, ſoleat vocifer ri. Hinc mos inolevit apud Ægyptios, ut horologiis aqueis Cynocephalum adſculp rent, ex pene cujus fiſtulato aqua deſtillar Quò haud dubiè Victorinus reſpexit, du ex Ciceronis auctoritate Trismegiſtum quum in Ægypto eſſet, ſacrum quoddam nimal Serapidi dicatum duodecies toto urinam facere obſervaſſe; idque pari ſemp interpoſito intervallo. Unde ipſe diem p duodecim horas diſtributum fuiſſe conje rit, exindeque hunc horarum numer conſtitutum. Etenim Cynocephalum a mali illo intelligi, Joh. Pierius rectè mo *lib. 6. Hieroglyphic.* illud ibi ſubjiciens, ho rum obſervandarum rationem Clepſy priùs excogitatam; earundemque præci

*à Cynocephalo cauſſata.*

*Horarum origo ex Clepſydris.*

..m uſum in Urbe Achanta trãs Nilum fuiſ-
..: ubi inter alia vas admodum ingens fue-
..t, in quod ſingulis diebus Sacerdotes ſin-
..uli, numero trecenti & ſexaginta, ad anni
..ilicet rationem, qui apud eos habebatur,
..bductis intercalaribus quinque, aquam ex
..ilo detulerint: quæ ſuo emiſſa cavo per e-
..s generis horologium horas indicaret. E-
..t autem Clepſydra vaſculum vitreum, per
..uod guttatim deſluebat aqua incluſa,
..illicidioque exhauriebatur; ducto nomine
..ποτὲ κλέπτειν, quod abſcondere ſive ſuffu-
..ri τὸ ὕδωρ aquam ſignificat. In vaſculo au-
..m illo conficiendo ea adhibebatur dili-
..ntia, ut quantum ſatis eſſet aquæ im-
..itteretur, & ut cavum illud non nimis
..ctum, neque nimis patens eſſet: hoc
..imis celerem effuſionem; illo ſtrangula-
..onem ſæpius efficiente. Ejus formam &
..um pariter deſcribit L. Apulejus *lib. 3. de A-*
*..o aureo*, his verbis: Sic rurſum præconis
..plo boatu citatus accuſator quidam ſeni-
.. exſurgit, & ad dicendi ſpacium vaſculo
..odam in vicem coli graciliter fiſtulato, ac
..r hoc guttatim defluo, infusâ aquâ, popu-
..m ſic adorat, &c. Nec enim libera olim
..agendum Oratoribus ſpacia, ſed ad aquæ
..illicidium dabantur Clepſydræ: quibus ex-

*Clepſydra deſcriptio.*

*Clepſydra Oratoribus data.*

hauſtis amplius dicere vetabantur. Hin
idem Apulejus *in Apologia pro ſe prima ad*
verſus Sicinium Æmilianum, dum in ipſ
Orationis curſu ex libro quædam ſuo, ip
cauſſæ inſervientia, recitari cupit, aqua
ſuſtinendam monet. *At tu* (inquit) *inter*
*dum legit, aquam ſuſtine.* Qui locus, haud ſci
an ab ullo ad hoc fuerit obſervatus. Metu
ebat enim Apulejus, ne, ſi aqua interim e
fluxiſſet, amplius ſibi dicendi præciſa fore
poteſtas. Quod inſtitutum damnat Plinius
*lib. 6. Epiſt. 2.* paucioribus clepſydris cauſſa
præcipitari ſcribens, quæ antiquitus pluri
bus diebus explicabantur: Ideoque more
illum poſteà exoleviſſe, libero dicendi ſpa
cio conceſſo. Quid enim (ait) jucundius
quàm ſub alterius invidia, quàm diu velis, e
in alieno auditorio quaſi comprehenſum
commodè dicere? Significat enim eum, qu
libera dicendi ſpacia petebat, itidem adver
ſario concedere; ita ut is, qui reſpondebat
poſſet vel longiorem, vel breviorem oratio
nem habere citra invidiæ aut pudoris peri
culum: cùm ex tempore reſpondere videa
tur. Et ideò increbuiſſe paſſim & invaluiſſe
conſuetudinem ait, binas vel ſingulas clepſy
dras, interdum & dimidias, & dandi & pe
tendi. Quibus addantur, quæ *libro 2. Epiſt.* 11
idem

lem ſcribit Plinius, dum clepſydris, quas ſpacioſiſſimas acceperat, quatuor dicit fuiſſe additas. Hinc notæ illæ phraſes: *Ad clepſydram*; ſupra Clepſydram dicere, & præter aquam, & *aquam perdere*, apud Quintilianum, Ciceronem, alios: de quibus videri poterit Guilielmus Budæus *ad l.ult.* §. *defenſores. ff. de Munerib.*

*cimus. 27.C.de Nupt.* Evenire autem qu
doque, ut Quinquagenaria pariat, exem
nobis eſt Henrici Imperatoris Uxor: qu
ætate, juſſu mariti publicè & in propatulo
avertendam ſuſpicionem ſuppoſititii p
tus, *Fridericum* Imperatorem fuit enixa
multorum auctoritatibus probat Joh. Ne
zanus in Sylva Nuptiali *libro ſecundo, nu.17*
Jac. Menochius *de Arbitrar. Judic. libro ſec*
*do, caſu 89.n.60. Cent. 1.* Ultra id tempus
eſt, ut pariendi extendatur facultas. Qu
poſterius etiam Paulus *1. ad Timotheū 5.* co
ſideraſſe videtur, cùm quales viduæ in E
cleſiæ curam recipiendæ ſint, oſtendit. N
enim niſi ſexagenariam vult recipi: ne, ſi
niores fuerint, & per ætatem adhuc veg
al

*...ici Imp. quin-...enaria ...rit.*

iis eſſent oneri, aut etiam mutato animi ropoſito ad novas nuptias adſpirarent. Jam erò quoad nubendi cupiditatem, ſatis huic ericulo occurſum putat, ubi annum ſexa-eſimum attigerit Mulier: ſi præſertim u-um duntaxat maritum (ut vult) tota vita perta fuerit. Eſſe enim quoddam veluti gnus continentiæ & pudoris, cum Mulier d eam usq; ætatem pervenit, unico mari-o contenta [redacted]

Nec verò ſecius multo in Viris conſti-tum eſſe videmus. Etſi enim Viris ſexage-ariis Nuptiæ olim Lege Papia interdictæ e-ant; *d. l. ſancimus. 27. C. de Nupt.* eò quòd ad nerandum id ætatis homines minùs cen-entur idonei, ut *ex l. ſi pater. 15. §. in arroga-nibus ff. de Adopt.* & Comica illa lege ma-feſtè colligitur,

*Annos natus ſexaginta qui erit, ſi quem ſcibimus,*
*Seu maritum, ſive herclè adeò Cœlibem ſcortarier,*
*Cum eo hic nos Lege agemus, inſcitum arbitrabimur:*

oque effœtuli iſti Proletariorum nume-nequaquam adſcribi poſſint: quos à mu- **Proletarii.** e officioq; prolis edendæ ita appellatos

accepimus: quòd cùm re familiari parva m
nus poſſent Remp. juvare, ſobolis tam
gignendæ copſa Civitatem frequentare
ut ex Gellio *libro 16. cap. 10.* Jac. Rævardus
notavit *libro ſingulari ad Leges XII. Tab. c.*
*9.* & Guilhelm. Budæus *ad l. ult. ff. de pig*
*rat. act.* Fibulam tamen illam, quam L
iſta, ut cum Seneca & Lactantio loquar,
xagenariis impoſuerat, Senatusconſult
[redacted]piano *in f*
*gment.* & Suetonio *in Claudio,* Ja[redacted]
us rectè obſervavit *lib. 6. Obſervat. c. 20.* &
Antonii Mercatoris nomine *l. 1. Notator,*
aſſerente præſertim Ariſtotele, Maribus m
gna ex parte ſexageſimum quintum ann
procreandi finem eſſe: ſed id ipſum temp
tamen ad ſeptuageſimum uſque ann
extendi. *libro quinto de Hiſtoria Animaliu*
*cap. 14.* Quinimò ipſum etiam Caton

*Senes quandoque gignunt.*

Cenſorium octogeſimo anno exacto, è
lia Salonii clientis ſui generaſſe Plinius
bit *libro ſeptimo cap. 14.* addens, ad oc
geſimum quintum apud Ignobiles vul
rem reperiri generationem. Sed & V
rius Maximus auctor eſt, Maſiniſſam N
midiæ regem, Veneris uſu ita ſemper vi
ſe, ut poſt ſextum & octogeſimum an
filium generârit, cui Methymnato (Pli
lo

[..]co citato Methymatnum legit ) nomen [..]n. *lib.8, cap.13.* Qua tamen in re urgentes [..]obationes Menochius requiri ſcribit, *d.* [..]*ſu 89. nu. 64.* ut qui tali parente ſe editum [..]lit aſſerere, id apertiſſimis rationibus oſ[..]ndere neceſſum habeat : quandoquidem [..]ertioni tali cùm juris preſumptio, tùm na[..]ralis ratio obſtet, *arg. l. ult ff. quod met. cau.* nequaquam veriſimile ſit, in tam effœta [..]ecta fœtum gigni poſſe. Quo fit, ut omni[..]ſle deridendas meritò propinent Mulier[..]læ illæ annoſiſſimæ : quibus etſi ob æta[..]m, ut cum Martiali dicam, *In vetulas laſcivas.*

*Et tres capilli, quattuórve ſunt dentes,*
*Pectus cicadæ, cruſtulumq́ formicæ,*
*Rugoſiorem quæ gerant ſtola frontem,*
*Et aranearum caſſibus pares mammas:*

[..]que ideò ab Apulejo *libro quarto* buſto di[..]æ, vitæ dedecus & Orci faſtidium dicun[..]: in tantum, ut cum Plauti Demæneto *in [..]ſinaria*, Nauteam bibere malis, quàm illas [..]ularier, & Quarum ego vel nebulæ ſcya[..] ſeptem noctes non emam, ut idem Plau[..] dicebat *in Pœnulo* : Nihilo tamen minùs [..]nialia gaudia ſectantur, & , ut idem ait [..]tialis,

*Gaudent ducentas ire nuptum poſt mort*

non quòd prolis ſpe ducantur ulla;ſed u
rigine percitæ(ita Apulejus *lib.1.* Uredin
& pruritum nominat,ab urendo fortaſſis
*Vredo.* bidinem omnem expleant. quandoqui
ut eſt apud Horatium,

*Indomitam properant rabiem ſedare,nec i*
*Jam manet humida creta, colorq;*
*Stercore fucatus crocodili:jamq; ſubando*
*Tenta cubilia,tectaq; rumpunt.*

Id genus prodigioſæ libidinis fœmina
*Ex unguibus perpruriſcere.* pulejus *lib.10.* ex unguibus perpruriſce
vocat: quod eſt, toto corpore prurire,t
gine & Veneris appetentia concitari, &
extremis corporis partibus, & rigent
unguibus exſtimulari in Venerem. q
*Satyrion.* concitationem ſignificaturi Græci, Saty
appellant,teſte Plinio *lib.26.cap.10.* Atq
hanc procliviores eſſe vetulas, vel pro
biali monemur ſententia,quæ habet: q
*Capra quidem juvenis ſal comedat;vetula a*
*& ſal & ſaccum devoret.* Et: quòd vetu
rium majori adipe indigeat. *Johann. N*
*Zanus in ſylva Nuptiali libro ſecundo, n.57*
quidem è Medicorum placitis traditu
cepimus, ut quò frigidiores ſunt fœm

minùs expleri voluptate poſſint. Quo ſit, in Venerea illa voluptate viris perdurent magis. Quemadmodum enim Vir, utpote muliere calidior, velociores motus habet, eorum cauſſa ardentiùs & citiùs deſideria terminat: Ita Mulier, ut eſt frigidior ad ...cta atque tardior: ſic in voluptate finien... frigidiuſculè ſe habet, & perdurat magis. ...emplo nobis eſt Meſſalina illa, inexpletæ ...idinis fœmina,

*Mulieres in Venere durant magis.*

*Quæ laſſata viris; ſed non ſatiata receſſit.*

Ad quod alluſiſſe videri poteſt Tireſias ...qui arbiter ad decernendum electus, Jo...ne an Junonis major eſſet in concubitu ...luptas? ſententiam tulit: Viros ardentiùs, ...lieres pertinaciùs amare atq; concumbe... Atq; ita & Arabum opinionem, Mulieri ...jorem, quàm viro voluptatem tribuenti..., intelligendam eſſe Hieron. Mercurialis ...at *lib. 4. Variar. lection. cap. 16.*

Ut ut ſit: meâ certè ſententiâ à Vetula... ...conjunctione ſapiens ſibi quiſq; ſedulò ...bit; niſi maluerit cũ illo Cæcilii de nupta ...nu ita conqueri: *Dum ejus mortem inhio, ... vivo mortuus inter vivos*: ut eſt apud ...lium *lib. 2. Noct. Atticar. cap. 23.* Per manus ...traditum eſt, Vetularum commercium ...admodum eſſe noxium. Hinc ille apud

*Vetularum commercium noxium.*

Apulejum *lib. 1.* de Meroë anu, quamvis modum ſcitula: Et ſtatim miſer (inquit) cum illa acquievi, ab unico congreſſu an ſam ac peſtilentem contraho. ſignifican ex concubitu ipſius contagione quadam ſtilenti fuiſſe infectum, ut vel hinc ejusm

*Noctem, mali auctorem plurimi,*

apud Gellium modò laudatum Menan appellet: & non improbabiliter creditum pro leviori peccato haberi, ſi quis cum Ju ne & formoſa potiùs, quàm cum vetul deformi tale quid commiſerit. *gl. in can. 14. q. 6.* ſiquidem illius vegeta & floren tate ac pulchritudine (quam Plato, *N* *privilegium*, Socrates, *tyrannidem* vocat: blius Syrus, *mutam commentationem*; La us, *quavis epiſtola ad commendandum effic rem*; Theophraſtus, *tacitam ſive ſilentem f dem*, quòd ſine verbis perſuadeat; Car des, *regnum absque Satellitio*, quòd for ſine vi impetrent, quicquid volunt; T critus *elephantinum ſive eburneum* detri tum, quòd grata ſit aſpectui, ſed multo incommodorum cauſſa) illâ inquam mosâ ſpecie facilè quis ad amandum illici: hujus autem deformitate ab omn pidine deterreri debeat: cùm vel form tantum occurriſſe cuipiam, omen olin

***Pulchritudinis appellationes.***

bi

um fuerit præſtantiſſimum: at deformi, uſpicatiſſimum. Ad quod Juvenalis illud yricum,

*Et cui per mediam nolis occurrere noctem,*

id dubiè ſpectare putat Cœlius Rhodi- *lib. 24. cap. 9.* Etſi autem Senecæ non moſa eſt mulier, cujus crus laudatur & chiam: ſed illa, cujus univerſa facies ad- rationem ſingulis partibus dedit, *libro 4. Epiſt. 33.* & ut de Lesbia ſua jactat Catullus,

*—— quæ cum pulcherrima tota eſt,*
*Tum omnibus una omnes ſurripuit Veneres:*

Mulier formoſa.

orinus tamen Philoſophus, inter pul- rimam fœminam & deformiſſimam, diam quandam intercedere rectè puta- eam, quæ à nimiæ pulchritudinis pericu- & à ſummo deformitatis odio vacaret. m formam Ennius perquàm eleganti abulo *Statam*; Favorinus *Uxoriam* ap- abat: & ob id eas ferè fœminas incolu- pudicitiâ eſſe idem dicebat Ennius, quæ a formâ forent, ut Gellius retulit *lib. pri- Noct. Atticar. cap. 11.* Rectè ait, *incolu- pudicitia*: quam Demades apud Stobæ- *Serm. 72.* dicere ſolebat, in muliere pul- udinis arcem eſſe. Et profectò, nec mentorum nitor, nec auri magnitudo um habet momenti ad Mulieris præco-

Forma ſtata uxoria.

nium, quantum modeſtia valet & appro
mores, ut Ariſtoteles auctor eſt *in Oecon*
*cis.* Ex quo Propertius Veteres laudans:

*Non illis ſtudium vulgo conquirere aman*
*Illis ampla ſatis forma, pudicitia.*

Sed quid Ethnicorum opus eſt ſuffra
quin potiùs Apoſtoli ſequendum erat c
ſilium; qui in mulieribus commendat o
1. Petr. 3. *tum illum cordis hominem, ſitum in incorrup*
*lenis ac quieti Spiritus, qui eſt coram Deo ſpec*
Cum quo planè conjungendum eſt, q
Tertullianus *lib. de Cultu fœm.* vel aureis
gnandum literis memoriæ prodidit: *Pr*
" te, inquit, vos jam medicamentis & o
" mentis exſtructæ Apoſtolorum, ſument
" ſimplicitate cādorem, de pudicitia rubo
" depictæ oculos verecundiâ & Spiritus
" turnitate, inſerentes in aures ſermonem
" annectentes cervicibus jugum Chriſti:
" put maritis ſubjicite, & ſatis ornatæ e
" Manus lanis occupate: pedes domi figit
" plus quàm in auro placebunt. Veſtite
" ſerico pietatis, byſſino ſanctitatis, pur
" pudicitiæ. Taliter pigmentatæ Deun
" bebitis amatorem, &c. Talis cùm *Su*
*meæ* obtigerit forma: non eſt, quòd ulli
talium uxoriam beatitatem invideam:
Conjugem mihi ex animi mei ſenten
ma

num conveniſſe verè gaudeam, & Spiri-
illius in meo verti ſciam: cui ut conſu-
, mihi conſulere incipio. Ac quoniam
ab illa non impetro, ut me fortiùs a-
; impetrat illa, ut me diligentiùs amem.
quid jucundius, quàm Uxori tam charũ
ut propter hoc tibi charior fias? quem-
odum de *Paulina ſua* gloriabatur Seneca
*Epiſt. 105.* haud ſcio, an majori adfectu,
n Leopoldus Dickius de *ſua Agatha*,
Oeconomia conſtituendi & explicandi
ii ordinarii, *Titulo de Teſtibus, mihi folio*

Nec minùs omnium ſe riſui exponunt tiones illi Acheruntici, decrepiti, & ca- es, qui tametſi capulo ſive feretro, quo debebant mortui, jam vicini ſint; Mu- m tamen, & quidem Juvencularum cõ- um etiamnum affectant. A qua tamen is dicam, an furoris inſania? ſedulò eos lautus dehortatur in Mercatore. Sc. ò. *Tun' capite cano ames, ſenex nequiſſi-* & Sc. Addicam: *Senes mulierum affectatores.*

*plenus ætatis, animaq; fœtida,*
*ex hircoſus, tu oſculere mulierem?*
*ne adveniens vomitum excutias mulieri?*

poſteà rationem reddit, quòd ſcilicet tam grandi temperare ſibi ab amandi

arte jam diu debuerat. Unde in Sc. *Jam*
ait:

*Temperare iſtac ætate iſtis decebat artibus*

vel ideò, quòd amori operam dare Juven
magis conveniat. Addit ergò:

*Adoleſcentes rei agendæ iſti magis ſolent op*
*dare.*

Quanquam enim Luxuria, ut Cicero *l.*
*cior.* tradidit, omnia ætati eſt turpiſſima:
ſtat tamen, Senectuti hanc eſſe fœdiſſim
Proinde Ovidius:

*Militat in teneris annis Amor hoſpes am*
*Eſt in canicie ridiculoſa Venus.*

Nam quoniam ex ejusdem poëtæ ſent
Militiæ ſpecies amor eſt: atq;, ut alibi l

*Militat omnis amans, & habet ſu*
*Cupido:*

non immeritò Senibus, ut emeritis ca
am à Cypridos caſtris miſſionem co
vel tanquam ſegnes & inertes jubet in
cedere: quandoquidem

*Turpe ſenex miles; turpe ſenilis amor*

Optima ſanè ratione. cùm Seniores in
ætatis dicantur, *in leg. civitatibus. 122.*
*gat. 1.* & canicie graves læſis corpore
parentur, *in Auth. de Quæſtore. coll. 6.* I
nùs vivere præſumantur quàm ægri

*...an.in Sylva Nupt.libro ſecundo, n. 4.* ut ...n immeritò Plautina illa Bacchis Senecio- ...uidam delicias factura, odioſum eſſe di- ...it, *Mortem amplexarier.* Quo ſenſu con- ...um credo illud Alciati, de ſene puellam ...mante Epigramma, quod venuſtatis ejus ...tia ſcribendũ in his cõmentariis eſſe duxi:

*Senex æquiparatur morti.*

*...um Sophocles (quamvis affecta ætate) puellã*
*Aquæſtu Archippen ad ſua vota trahit,*
*...ien & precio: tulit ægrè inſana Juventus*
*Ob Zelum, & tali carmine utrumq; notat.*
*Noctua ut in tumulo, ſuper utq; cadavera Bu-*
*bo:*
*Talis apud Sophoclem noſtra puella ſedet.*

...tus, illud linguæ Latinæ decus (ſic enim ...ellio *lib. 19. cap. 8.* ut & homo linguę atque ...ntiæ in verbis Latinæ princeps appella- ...*ibro 7. cap. 17.*) non minùs feſtiviter iſtius- ...i Amatorem ſenem *pictæ imagini* compa- ...n Mercatore:

*pictæ imagini.*

*...unquã vidiſti pictum Amatorẽ, hem illic eſt.*
*...ã meo quidẽ animo vetulus decrepitus ſenex*
*...antidẽ eſt, quaſi ſit ſignum pictum in pariete.*

...oinde quæ ejuſmodi ſeni vel impotenti ...lata fuerit adoleſcẽtula, & nupta ſimul & ... optimo jure dici queat. Id enim idem ... *innuptas nuptias* vocat *in Mil. glor.* Non ... iniqua aut injuſta cẽſeri debet fœminę

illius apud Apulejum *lib. 5.* de Marito ſen
calvo, & languido conquerentis lament
At ego miſera (inquit) primùm patre
ſeniorem maritum ſortita ſum, dein cu
bitâ calviorem, & quovis puero pumilio
cunctam domum ſeris & cathenis obd
cuſtodientem. Quibus poſterioribus v
Zelotypiæ ſolicitudinem graphicè depi
Habent enim in more poſitum Zeloty
ſenes, ut ſeris obdant fores & peſſulis, ca
nisq; cuncta diligenter occludant: cùm
men impudica ſervari non poſſit; pudic
debeat. Infida enim (juxta Hieronymũ
ſtos caſtitatis eſt neceſſitas: & illa verè p
ca dicenda eſt, cui licuit peccare, ſed no

*Zelotypi.*

*Nam nihil invitæ triſtis cuſtodia prodeſt:*
*Quam peccare pudet, Cynthia, tuta ſa*

ait Propertius. Meminiſſe ſcilicet de
rant miſeri illi Maritelli, Jovem per im
um aureum deſcendiſſe ad Danaën,
pater incluſerat intra turrim æneam,
veratq; ſepimento inexpugnabili. Ad
rum eſt, quòd pecuniæ cunctæ ſint di
tates perviæ, auroq; ſoleant adamanti
jam perfringi fores, ut Apulejus diceba
Et C. Verres: Nihil tam ſanctum, quo
violari: nihil tam munitum, quod n
pugnari pecuniâ poſſit. Sic Philipp

...nia caſtella expugnari poſſe dicebat, in ...modò aſellus auro onuſtus poſſet aſcen-...e. Idq; eum, quod ita dixerat, factitaſſe ...q; Demoſthenes in Oratione *pro Cteſi-...* retulit. In quam ſententiam Horatius ...nit:

*——Diffidit urbium*
*Portas vir Macedo, & ſubruit æmulos*
*Reges muneribus*

& alibi:

*Aurum per medias ire Satellites,*
*Et perrumpere amat ſaxa potentius*
*Ictu fulmineo.*

...bus adde, quæ in eandem rem ſcripta re-...it Stephanus Guazzius *lib. 2. de Converſat.* ... & Philippus Camerarius *Meditat. hiſto-... cap. 53. cent. 1. & cap. 34. Cent. 2.* ubi de Ze-...piæ tyrannide & ſævitiâ multa lectu & ...tu digniſſima, Lector, invenies.

Verùm ad inſtitutam temporis conſide-...onem tandem revertar. Eadem igitur ...poris definitio, quæ in Nuptiis contra-...dis, itidem & in Teſtamenti confectio-... obſervabitur; ut ſcilicet in maſculis quar-...decimum annum ſpectemus; in fœmi-...ò duodecimum completum. Atque ...rius eſſe Ulpianus ait, quaſi rem con-...dam explicaret & aſſereret, *in l. qua æta-*

*Temporis obſervatio in Teſtamentis.*

*te.5.ff.qui teſtam.fac.poſſ.* Id quod etiam ad
dones & Eunuchos non ineptè extend
Etſi enim Julius Paulus Spadones eo tem
re teſtamentum facere poſſe ſcribit, quo
riq; pubeſcunt, id eſt, decimo octavo a
*lib.3.Sentent.c.4.§.2.* quo tempore ple
alioquin pubertatem definitam legimus
*Minorem.Inſtit.de Adopt.l.arrogato.40.*
*eod.* quia tamen ab Imp. Conſtantino re
ptum eſt, licere Eunuchis exemplo omn
teſtamentum facere, & poſtremas con
voluntates: *l. Eunuchis. 4. C. qui teſt.fac*
conſectarium hinc erit, eandem ætatem
in aliis omnibus conſideratur, etiam in
nuchis ſatis futuram ad hoc, ut decimo
to ætatis anno incipiant teſtamentum
facere, juxta *d.l. qua ætate.5.* & conſequ
ſubſtitutio pupillaris eisdem facta eodē
pore evaneſcat: quemadmodum per §
*ſculo.Inſtit.de pupill.ſubſtit.* rectè conclu
manuel à Coſta *in c.ſi pater.part.1.ver*
*puberes.de Teſtament.in 6.* Quærit aute
pianus, utrum exceſſiſſe quis debeat q
decimum annum, ut teſtamētum face
ſit? an ſufficiat compleſſe? Propone,
Kalendis Januariis natum, teſtamentu
natali ſuo feciſſe, quarto decimo ann
valeat teſtamentum? Dicit, valere. P

ror; inquit. Etiamſi pridiè Kalendarum erit poſt ſextam horam noctis, valere teſtamentum. Jam enim compleſſe videtur annum quartum decimum, ut Marciano videtur d. l. *qua ætate. ff. qui teſtament. fac. poſſ.* Ex hoc textu datur intelligi, Diem cœptum haberi pro completo. Idq; & in Manumiſſionibus & aliis Juris noſtri locis obtinere legimus. Nam & reſponſum eſt, placere eum, qui Kalendis Januariis natus fuerit, pridie Kalendas poſt ſextam Noctis horam poſſe manumittere: quaſi annum viceſimũ compleverit. Non enim Majori viginti annis permitti (lege Ælia Sentia) manumittere: ſed Minorem manumittere vetari. Jam autem Minor non eſt, qui diem ſupremum anni viceſimi. *l. 1. ff. de Manumiſſ.* Similiter Anniculum dicimus, die trecenteſimo ſexageſimo quinto, incipiente planè, non autem exacto. *l. anniculus. 134. de verbor. ſignif.* & ad munera municipalia capeſſenda, dies cœptus habetur pro impleto. *l. ad Rempubli. 8. ff. de Munerib. & honor.* quemadmodum & in fideicommiſſo filio relicto. *l. qui ſi. 74. ff. ad SC. Trebel.* Sic qui hora ſexta die Kalendarum Januariarum poſſidere cœpit, hora ſexta noctis pridie Kalendas Janua-

*Dies cœptus an habeatur pro completo.*

rias implet Uſucapionem. *l. ideoq̃. 7. ff. de U-cap.* In Uſucapionibus enim non à momento ad momentum, ſed *totum* (Viglius Zuichemius legendum cenſet TANTUM, *præterea. Inſtit. Quib. non eſt perm. teſt. fac.*) [ex]tremum diem computamus. *l. in uſucapionibus. 6. ff. d. tit.* quaſi diceret Ulpianus, no[n] hora in horam, ſed à die ad diem fieri c[om]putationem: ut qui illum attigerit, eum [im]cepiſſe dicamus. Id planiùs explicans V[e]lejus, in uſucapione ita ſervari, ait, ut eti[am] minimo momento noviſſimi diei poſſe[ſſa] res, nihilominus repleatur Uſucapio, [nec] totus dies exigatur ad explendum con[ſtitu]tum tempus. *l. in uſucapione. 15. ff. de div. tempor. præſcript.* longè aliter, quàm in te[mpo]ralium actionum præſcriptionibus: cu[m re]ſponſum à Paulo ſit, In omnibus temp[orali]bus actionibus, niſi noviſſimus totu[s dies] compleatur, non finiri obligationem. *l. [o]mnibus. 6. ff. de obligat. & act.* Cu[r] [...] am

*à momento in momentum quando fiat computatio.*

**Conciliatio I.** Varias rationes tradiderunt Interpre[tes] [ex] quibus veriſſima videtur Viglii Zui[chemii] ſententia, ideò hoc ita conſtitutũ exiſ[timan]tis, quoniam Uſucapio introducta ſi[t bono] publico, ne res ipſæ deteriores fiant & [negli]gantur. quod erat futurum: ſi quo[vis] tempore dominus vendicare eas poſſe[t]

que fuit, ait Zuichemius, præmio Uſuca-
onis invitare ad diligentiorem culturam
los poſſeſſores. At in præſcriptionibus
ullus eſt ipſius rei favor, ne ipſa negligatur:
d ideò tantùm introducta præſcriptio, ne
es ſint perpetuæ, ſed ut aliquis harum finis
ſet, *l. ult. ff. pro ſuo.* Ita fit, ut citiùs complea-
r Uſucapio, quàm perſonales actiones ex-
nguantur, *Vig. Zuichem. in §. præterea. Inſti-
t. quibus non eſt perm. teſtamen. fac. num. 5.* &
ciliùs uſucapere debeat, qui bona fide poſ-
ſet; difficiliùs verò adverſus bona fide poſ-
ſentem: Ideoque hîc non habeat locum
egula: *Quod parum diſtat, nihil diſtare vide-
r*, ut Gothofredus annotavit *ad d. l. in omni-
.* Nec verò inconcinna videri debet, in Cõciliatio 2.
temporis ſupputatione, Accurſii & Bar-
li traditio *in l. 3. §. Minorem. ff. de Minor.*
æ habet, favorem hac in re cumprimis eſſe "
endendum: ut cœptus nimirum dies pro "
mpleto habeatur, ſi favor id ſuadeat: & "
ſus à momento ad momentum ſpectari "
mpus debeat, ſi itidem favor hoc exigat.
ubi cauſſa; Favorabile eſt, ut quis liberam
norum ſuorum adminiſtrationem, tam
teſtamentis faciendis, quàm etiam ſervis
numittendis habeat: ut lege Papia Pop-
Latini liberti filio filiaquſe, nato natáve,

anniculo anniculáve, facto factáve, jus Q
ritiũ conſequãtur: ut ad honores capeſſend
q́s admittatur: ut fideicõmiſſum filius capi
ut rerum dominia diutius nõ ſint in incer
néve deteriores fiant, aut negligantur. In
igitur omnibus definiti tẽporis dies ultim
etſi vel cœptus tãtùm fuerit, ꝓ completo h
bebitur. Atq; ita exaudiendi erunt textu
*d. l. qua ætate. 5. ff. qui teſtamen. fac. poſſ. l. 1.*
*Manumiſſ. l. Anniculus. 134. de verbor. ſignif.*
*qui filium. 74. §. Sabinus. aliás, Fabius Anton*
*ad Senatus Conſ. Trebell.* (qui textus de fid
commiſſo filio relicto diſertè loquitur,
pugnare hunc putes cum *l. non putabam. 4*
*condit & demonſtrat.*) *l. in uſucapionibus. 6. l.*
*eoq́; 7. de Uſucap. l. in uſucapione. 15. de diver*
*temporal. præſcript.* E diverso, non ſatis
ultimum veniſſe diem, niſi & completus
fuerit; ſi favor itidem hoc ſuaſerit. Suadet
tem Reipub. favor, ne à tutela, ne ab aliis m
neribus publicis facilè quis excuſetur: ne
nores à Reſtitutionis beneficio properè
cludantur: ne perſonales actiones per p
ſcriptionem citiùs exſtinguantur. Ergo
caſibus ultimus ille dies à momento ad m
mentum erit computandus. Quo ſenſu a
pio tex. *in d. l. qui filium. 74. in fin.* illis ve
quamvis ſcire ſe diceret, à Divo Marco

e

uſatum eum, qui ſeptuageſimum annum tis ingreſſus fuiſſet. *ff. ad Senatus Conſ. Tre-* *l. Majores. 3. de Jure immunitat. l. 3. §. Mino-* *de Minorib. l. in omnibus. 6. de obligatio. & a-* . Etſi autem me non latet, quomodo in culi hujus explicatione Joh. Gœddeus in- Civilé & Naturalem diei ſupputationem e & doctè diſtinguendũ cenſeat: ut per il- quidem dies exactus intelligatur, & ſi eptus tantum fuerit: per hanc autem, nõ ctus videatur, niſi omninò actus, & ſuis is ac momentis abſolutus fuerit, atque effluxerit & pertranſierit, ut jam ſequens ipiat. *Joh. Gœddeus in l. 2. §. 1. l. cùm biſſex-* *98. l. anniculus, 132. 134. & l. inter illam con-* *nem. 217. de Verbor. ſignif.* quod ipſum jam a & Ioh. Brecheus tradiderat in *d. l. an-* *lus, 134.* Non tamen video, cur à priori il- pinione, quæ & ſimplicior, & plurimo- Doctorum conſenſu comprobata eſt, di debeat. Sed his tamen addendum quod Angelus Aretinus *in §. prætereà. Inſt.* *non eſt permiſſ. teſtam. fac.* & Andreas Ti- ellus in hanc rem ſatis eleganter com- tatus eſt *in tract. De utroque retractu. §. 1.* *verb. Et le jour. num, 20. cum ſeqq.* Cæte- Diei cùm Naturalis, tum Civilis, de- tionem exactam habes apud Hieron. Cõciliatio 2.

Fracaſtorium *in Homocentricis, Sectione 3.* *& ſeqq.* quem in omni Philoſophiæ, ſtud rumq; humaniorum judicio, ſeculi hujus cilè principem appellat Jul. Cæſar Scalig *Exercitat.131.* ad Cardanum.

*Temporis obſervatio in liberis agnoſcendis.*

*Septimeſtris partus.*

Sed & in legitimis agnoſcēdis liberis, q ad hæreditatis commodum ſcilicet, plu mum momenti habet Temporis obſerva ut quoto quis menſe editus ſit, conſidere Quæ res tam variè & diffusè tractata el Interpretibus, ut quid incunctanter ſeq re, non facilè invenias. Communiter ta in hoc itum video, ut ſi de tempore pa humani breviſſimo quæratur, ſeptimus h definitioni menſis ſit conſtitutus; à nup rum ſive congreſſus tempore computa ne facta. Nam, ut Paulus reſpondit,
„ ptimo menſe naſci perfectum partum
„ receptum eſt, propter auctoritatem do
„ ſimi viri Hippocratis. & ideò creden
„ eſt, Eum qui ex juſtis nuptiis ſeptimo m
„ ſe natus eſt, juſtum filium eſſe. *l.12. de ſta* *min.* Id quod de Menſibus lunaribus ctè acceperis cum Alciato, *in l. Gallus. nu* *ff. de lib. & poſthum.* monente præſertim piano, eundem ſcripſiſſe Hippocrat Eum qui centeſimo octogeſimo ſecu die natus eſt, juſto tempore videri nat

*l.*

ueſtato.3.§.fin.de ſuis & legitim. hæred. Cujus putationis rationem exquiſitam Franc. lleſius tradit. Quò pertinet illud, quod Ariſtone Lacedæmoniorum Rege ſcri-Herodotus lib.6. cùm nunciatum ei eſ-ante decem menſes exactos, quàm uxo-n duxerat, eam filium peperiſſe; juraſſe e-apud Ephoros, Non videri ex ſe eum na-n eſſe, qui legitimo decem menſium nu-ro non natus erat. Id cùm filio Demara-Regi postea nocuiſſet; Demaratum, poſt nnationem, ſacramento dirisq; matrem vocaſſe, *An Ariſtone patre natus eſſet?* Ma-mq; reſpondiſſe ait, Ariſtonem ſtultè fe-. Neq; enim ſemper Mulieres decimo nſe parere, ſed & nono & ſeptimo. Eum *è ſeptimo menſe* natum, ſed Deo patre & roë Aſtrobaco, à quo dolo & fuco facto rata ſit. Fœminis majorum gentium fa-iariſſima latebra! ut ait Petr. Ærodius *lib. rerum judicat. Tit.4.c.1.*

Ante ſeptimum menſem negat Plinius, tum unquam vitalem eſſe. *libr. 7. cap. 5.* nquam Renatus Choppinus, Curiæ Pa-nſis advocatus, SenatusConſulto Pari-ſi patrem pronunciatum dicat hæredem quinto menſe, matris exſecto ventre, e-ſpiraſſe viſi. *lib.3. de privileg. Ruſticor.* *Quinquemeſtris partus.*

*cap. 8.* Ad hæreditatem hanc quippe cap ſendam ſatis fuit patri, eum qui exſectus cum ſpiritu fuiſſe editum. *l. quod dicitur.* *de liber. & poſth.* atq; ita vivum ad orbem tum proceſſiſſe, & vel momento matri perſtitem fuiſſe filium, licet ilicò, poſtqu in terram cecidit, vel in manibus obſtetri ille deceſſerit. *arg. l quod certatum. 3. in fin. C. poſth. hæred. inſtit.* quo loco Juſtinianus, v bis illis (*poſtquam in terram cecidit*) haud bié alluſit ad priſcum illum morem, quo er ſimul ac ſublatus erat ab obſtetrice, tuebatur in terra, ut auſpicaretur rectus ſe, ut eſt apud Varronem *lib. 11. de Vita Rom.* quæ pueri in terram conſtitutio St*na* Deæ, utpote pueritiæ præſidi, ſacra e quemadmodum ex illo Tertulliani *de A ma*, colligitur: Dum prima etiam conſti tio infantis ſuper terram, *ſtatim Æde* crum eſt. Nam pro poſterioribus illis bis, legendum eſſe, *Statinæ Deæ*, Cujacius ctè monet *lib 11. Obſervat. cap. 30.* Ita au conſtitutum, vel humi depoſitum infan pater ſolebat tollere, & in ſinum recip Papinius Epicedio in filium:

*In terram cadere.*

*Statina Dea.*

> *—— meus, ille meus: tellure cadent*
> *Excepi, & vinctum geniali carmine f*

Te

entius: Quî ſineac jurabat ſe unum nunm victurum diem: Qui in ſuo gremio ſcuru puerum dicebat. Idq; plurium auritatibus confirmat Job. Bernartius *ad lib. Thebaid. Statii*: Cæterùm ut Romani res-editos Infantes in terra ſtatuebant: ita edæmonios l gimus puerorum corpora, â frigidâ, quod *Lacedæmonium ceroma* apabant, ad tolerandos æſtus atq; algores uraſſe. Unde Virgilius: Infantes frigidâ loti.

*Durũ a ſtirpe genus, natos ad flumina primùm Deferimus, ſævoq; gelu duramus, & undis.*

uod & Seneca confirmat, dum *in Suaſori*, Eurotam amnem, qui Spartam circũ, pueritiam indurare ad futuræ militiæ ntiam. Germani recens-natos pueros no immergebãt & ipſi quidem; ſed hoc, ut matris pudicitiam ita explorarent. id prædicabatur Rheni ingenium, ut mos partus in tremulas genitricis maſubveheret illæſos, tanquam intemeraudicitiæ teſtis; adulterinos verò vel ſpuveluti juſtus adulterii vindex abſorbe-Hinc Claudianus *lib. 2.* in Rufinum:

*de truces flavo comitantur vertice Galli,*
*Quos Rhodanus velox, Araris quos tardior ambit,*

*Et quos naſcentes explorat gurgite Rh*

Quò pertinet illud Gregorii Nazianzen

ὡς νόθον εὐγενέος Ῥήνου κριθέντα ῥεέθροις

ut ſpurium generoſi Rheni judicatum fl
tis. Atque iſta divinitatis opinio invexit
taſſis & nominis religionem, ut non à p
limpidæve aquæ nitore Rhenus dictus
rit; ſed ab intemerata thori puritate, q
arbitriũ penes ipſum erat. qua ratione
bus in locis à Nonno in Dionyſiacis
ἴβηρ, vocabulo purè puteq; Germanic
pellatur: quaſi Zelotypum dicas, aut
ardentem. id enim nobis Germanis
Eiver. *Hadrian. Junius in ſua Batavia,*
Etſi autem Galenus *lib. 1. Salubr.* Germ
& Celtas ob inſtitutum illud graviter i
pat: tolerabilius tamen id multò vid
quàm barbarus & inhumanus ille Hu
rum mos: quorum matres, auctore Jor
de *in libr. Rerum Geticar.* maribus ferr
nas ſecabant adhuc lactentibus, & in va
tes ſæviebant, ut vulnera perpeti jam i
nis diſcerent, & ephebi ſine venuſtate
rerent, & ſeneſcerent imberbes, ad equ
dum & jaculandum promtiſſimi, alac
ſævi; nigra & torva facie, aſpectu truci
ribili voce, ac ore ſtudioſè fœdato: u

*Hunnorum mos barbarus.*

m Dæmonum fœturam poſſes agnoſce-

Sed quoad partionis tempus attinet: ſcri-
Fr. Valleſius libro ſingulari *de ſacra philo-*
*.cap.18.* non ita pridem natam fuiſſe pu-
m haud dubiè *quinquemeſtrem*: quæ tum
que vixerit, plus quàm duodecim jam
os nata. Cujus gracilitas ac tenuitas ma-
quàm mulieribus eſſe conſuevit, indicâ-
certam eſſe de ejus ortu fidem, præter-
m quòd multis domeſticis, neque inevi-
bus id argumentis conſtiterit. Usque
ò in phyſicis alterationibus vix quid-
m eſt omninò aut impoſſibile, aut neceſ-
um! Sed fortè periculum eſt, ne, ſi id paſ-
admittatur, contra Naturæ leges com- *Trimeſtris partus.*
nes, tertio etiam menſe poſt matrimo-
m vitalis obtrudatur partus. In Augu-
m certe vulgò jactatus fuit Græcus ille
ſiculus:

Τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία.

*Sunt divitibus etiam trimeſtres liberi.*

enim Pontifices ab Auguſto conſulti,
Livia Druſilla (quam, ut Suetonius ſcri-
matrimonio Tiberii Neronis, & quidem
gnantem abduxit Auguſtus, dilexitq́; &
bavit unicè ac perſeveranter) concepto
dum edito partu ritè ſibi poſſet nubere?

reſponderant, Utique poſſe, cùm con[...]
ex primo viro jam eſſe prægnantem; [...]
quin ſi id ipſum dubium eſſet, non p[...]
Veriſimile tamen erat, Eum, qui adeò [...]
das Liviæ nuptias feſtinabat, vel vivente [...]
mo viro aliquid delibaſſe. *arg. ejus quod* [...]
*betur Extr. De eo qui dux. in matrim. qua[...]*
*adult. poll.* Nec ignotum eſt id, quod de [...]

*Cunarum emtor.*

narum emtore proverbiali ſententia p[...]
circumfertur: qui cum uxorem accepiſſe[...]
cundo vel tertio à nuptiis menſe bellum [...]
rientē infantulum, quinas vel ſenas co[...]
cunas, in proviſionem pro totidē infan[...]
annuam, ſi fortè ſingulis vel bimeſtribu[...]
trimeſtrib' ita parere Uxor pergerēt. *B[...]*
*Epo ad l. Gallus. in pr. ff. de liber. & poſth. n.*[...]

*Octimeſtris partus.*

Quid ergò de Octavo menſe cenſebi[...]
Et quamvis pro vero receptum eſſe G[...]
dicat, nunquam gigni hominem o[...]
menſe: idem tamen poſteà ſubdit, Ac[...]
tè atq; ſolicitè quæſitum fuiſſe Romæ, [...]
parvæ tunc rei negotio poſtulante, An o[...]
vo menſe infans ex utero editus & ſt[...]
mortuus, jus trium liberorum ſupple[...]
Nam abortio quibuſdam, non etiam p[...]
videbatur menſis octavi intempeſtivita[...]
ſi partus interdum octavo menſe naſci[...]
ſit; non eſſe tamen vitalem, propter [...]

m ſignorumq; inconjunctionem & diſ-
pulationem, ut ajunt Mathematici: ideo-
e partum imperfectum eſſe. Nam & nu-
erum imparem, maſculo; parem, fœminæ
mparari, ut Pythagoricis videbatur: pro-
ereaque non niſi his numeris, utpote ex
o & uxore compactum ac conglutina-
m ſemen, poſtremo ſuo die, ſuis menſibus
fectum animal effici. Porrò, antiquos
manos non recepiſſe has quaſi monſtro-
raritates: neque exiſtimaſſe aliam γένεσιν
n ſecundum naturam, quàm quæ fieret
no aut decimo menſe. Hinc Parcis quas à
tu appellarunt, *Nonæ aut Decimæ*; non O- Parca
væ impoſuiſſe nomen. Si quandoque ali-
accidat: jura tamen accommodari ad ea,
æ plerunque, non quæ rarò accidunt.
nique Mulieribus quodammodo adul-
a permitti, & hæreditatum captationes,
ſi ita facilè omnes menſes legitimi fiant.
verso dicebant alii, grave eſſe, ut nihil
ri proſit, pudicè atque legitimè peperiſ-
In dubio pro matrimonio præſumen-
m alioquin fore, ut bene concordantia
trimonia diſſolvantur, ſi ſola computatio
ſſum partum legitimũ aut illegitimum
t. Cùm eò ventum ſit, ut editus ſeptimo

*Naxiæ mulieres.*

menſe pro juſto habeatur: qui item ali menſe provectior erit, cur non pro nato beatur? Narrari de Naxiis mulieribus, omnes pariebant octavo menſe: & tra cium eſſe, in Ægypto idem fieri: Jamqu Italia tales partus eſſe vitales, cõtra priſc opiniones. Sic & *Cæſoniam* Caji principis jugem, octavo menſe matre Veſtilia edi Jam ut filius matri proſit, ſufficere, ſi ſe eum vivum pepererit, ut filius potueri pellari: licet ſtatim editus deceſſerit. N igitur intereſſe, menſe feliciore an in ciore natus ſit, quo plus minúsve pot vivere. Et quamvis Gellius quæſtio hanc non definiat: valdè tamen prob eſt, & hîc viciſſe, ſi ancipitem Hippocra abſolutam Ariſtotelis ſententiam: q Cæcilius poëta, & M. Varro, & Poly & Diocles Empirici ſequuti ſunt, ut tarchus ait: videlicet etiam octavo perfectum partum, licet imbecilliore ſci poſſe: ideoque jus trium liberorum pleviſſe, ut memoriæ prodidit P. Æ *lib. 2. Rerum Judicatar. tit. 4. cap. 2.* ex G fortaſſis *lib. 3. Noct. Atticar. cap. 16.* & P *lib. 7. Natural. hiſtoriæ. cap. 5.* Quod a de Naxiis modò diximus mulieribu Aſclepiadem auctorem habet: qui e

..., id eſt, octimeſtria edere puerperia di-
ne ſcribit, vel Junonis munere, id illi gra-
...cantis ob Dionyſii benevolentiam: vel
...ia Bacchus ipſe eo genitus ſit intervallo.
...nc enim Naxum nominari Dionyſiam.
...amvis de vinearum fertilitate ita magis
...illari Plinio placeat *lib.4. cap.12.* cum &
...ea fons vino fluere tradatur, quod ſit
...dulce: ea haud dubiè fide, qua Diodorus
...ulus ſcribit, denſiſſimâ in Pyreneo mon-
...ipſarum etiam nubium limites ſpernen-
... & pene Divorum conſilia exaudiente,
...a a paſtoribus per imprudentiam in-
...ſa (inde enim monti nomen) argenti pu-
...e liquefacti rivulos paſſim inde fluxiſſe.
...d & de montibus, qui olim Riphæi, po-
...Obii, nunc verò Alpes in Gallia dicun-
...Athenæus prodidit *lib.6. Dipnoſoph. cap.4.*
...quibus cùm ſylva ipſorum ſponte ali-
...ndo incenſa eſſet, argenti rivi per terram
...am refluxerint. Unde Phœnices, dum
...teſſum in Hiſpaniam navigaſſent, nihi-
...ercibus permutatis, tantum argenti ſibi
...fuerint, ut coacti ſint, ne naves obrue-
...ur, anchoras ex argento conflare: Si ve-
...eſt, quod de Galliæ ſuæ opulentia jacti-
...Stephanus Forcatulus *lib.1. de Gallor. Im-*
*...&c Philoſophia.*

*Fons vino fluens.*

*Argenti rivus.*

Nec diſſimulandum hîc puto, inte
peſtivos illos partus Feſto *exterricineos* n
*Exterricinei.* minari, tanquam eos mater exterrita a
ejecerit. Græci ἠλιθομήνους vocant, veluti
lentes in menſe. Sicuti *Epitoca* elegan
quibus jam pariendi inſtat tempus. *Cæl.R*
*digin.lib.22. Antiquar.lection.cap.13.* Sic, q
rum in naſcendo non caput, ſed pedes pr
exſtiterant, (qui partus difficilimus æg
muſque habetur) *Agrippæ* appellati;
*Agrippa.* cabulo ab ægritudine & pedibus conf
vel ab ægra partione, quaſi ægrè partos
cas, ut Plinius putavit *libr.7.cap.8.* Eſſe
tem pueros in utero, Varro dicit, capit
ſimo nixos, ſurſum pedibus elatis: nō ut
minis natura eſt, ſed ut arboris. Nam p
cruraque arboris appellat ramos: caput
pem atque caudicem. Quando igitu
quit, contra naturam fortè converſi i
des; brachiis plerumque diductis re
ſolent, ægriuſque tunc mulieres enitu
Hujus periculi deprecandi gratiâ Aræ
tæ ſunt Romæ duabus Carmentibus:
*Poſtverta.* rum una *Poſtverta* nominata eſt, *Pr*
*Proſa.* tera; à recti perverſique partus & pot
& nomine. *Gellius libro 16. Noct. A*
*cap.16.* Tale igitur tantumque cum ſi
tus periculum, ut parturientibus m

æ foribus conſiſtere dicat Leo *Novell.17.* nam etiam matribus, quæ ob hoc multum borare dicuntur, *Novell.156.cap.1.* ſæpè hoc ſu illatam Juſtinianus condolet *in §. Sed* *Inſtit. de SC. Tertull.* meritò felices depræ-candæ erunt Illyricanæ mulieres, quas fa-limi partus eſſe Varro teſtatur, *libro ſecun-de re Ruſtica, cap.10.* Nam in Illyrico hoc mplius, inquit, prægnantem ſæpè, cum nit pariendi tempus, non longè ab ope-diſcedere; ibique enixam puerum refer-quem non peperiſſe, ſed inveniſſe putes. Canarinorum mulieres in India, nullius ſtetricis adjumento infantes vel ſolæ ex-nunt. Ita mihi (ait Joh. à Linſchoten in Navigat. cap.39.) quandoque ambulan-per villas Canarinorum, potumque nimiâ s flagrantiâ petenti, apparuit mulier ſola mi, quæ linteamen corpori circumdabat, n ante pedes pelvis è ligno aquâ impleta ret, ibique illa infantem recens à partu aret, quem deinde foliis ficus Indicæ im-ſitum, in terram collocavit, me rogans ut pectarem, allaturam ſe aquam potui ido-am. Cæterùm intelligenti ſordes tam iti partus, potus aviditas abiit, donec alia apparere. Pòſt viſa nobis fuit eadem lier, circa ædiculam ultrò citroque diſ-

*Illyricanæ faciles ad partum.*

*Indicæ mulieres.*

currens, ſecura omnium dolorum, nullaq
recentis partus moleſtia. Quibus non m
lè *Apollonii* Tyanei parentem adjunxer
quæ in prato florido ſomno capta, Cygn
rum circumſtantium concentu, deinde ſ
rante Favonio, ſomno ſoluta, ſine obſte
cis officio puerum edidit: qui dum in vir
evaſit, Philoſophia vel Magia adeò excel
it, ut à quibusdam non aliter atque D
cultus, & ſimulachrum ejus ſub Herculis
lexicaci nomine conſtitutum, ab Eph
fuerit honoratum: ſi verum eſt, quod d
ſcripſit *Philoſtratus*, omnium cæteroq
qui unquam hiſtoriam conſcripſerunt,
daciſſimus, ex Cœlii Rhodigini judicio
*17. Antiquar. lection. cap. 13.* Floruit au
Apollonius ſub Nerva, ceu Græca te
tur monumenta. In cujus laudem e
ſcriptum video, quod juvenilibus anni
centiva Venereorum & titillationes ſu
de lancinantes, vellicantesque ita rep
rit, contuderitque, ut præſignis in eo
tas noſcitaretur, à qua nunquam ab eo
natum ſit, atque diſceſſum. Sed & D
auctor eſt, Apollonium illum anuli a
cha ſapientum Indorũ principe dona
neficio, Juventæ nitorem prætuliſſe, q
vis annum jam centeſimum exegiſſet,
p

*Apollonii mater.*

*Philoſtratus.*

*Apollonius.*

uduit Platonicum Olympiodorum ſcribe-
, Tyaneum Apollonium vi ac poteſtate
nſuum, cùm in Urbe ageret, tanquam de
luſtri ſpecula, quæ in Ægypto fierent, pro-
ectaſſe. Sunt, qui & animalium ſermonis
narum eum fuiſſe dicant, ſcribente præſer-
m Porphyrio *lib. de Sacrificiis 3.* eum in
nicorum cœtu, cum audiret hirundinem
iis nunciare, Aſinum prope Urbem onu-
um cecidiſſe, triticumque humi diffuſum;
eclaraſſe audita: idq; ita fuiſſe compertum.
anquam Philoſtratus non hirundinẽ, ſed
ſſerculum fuiſſe tradidit. Planè Plinius *lib.*
*cap. 49.* Democritum ſcripſiſſe aſſeverat,
es quasdam eſſe certis vocabulis; & earum
ium confuſo ſanguine gigni ſerpentem;
m ſi quis ederit, linguas avium & collo-
ia interpretaturum. Id quod tamen Gel-
non ſit veriſimile, exiſtimanti, Multa vi-
i ab hominibus malè ſolertibus hujusce
di commenta in Democriti nomen da-
nobilitatis autoritatisq; ejus perfugio u-
tibus. *lib. 10. Noct. Atticar. cap. 12.*

*Aviũ ſermo-nis gnarus.*

Sed reliqua perſequamur. Etſi igitur ex
epta omnium opinione, Nono menſe
minem frequenter & ſæpè gigni idem
llius prodidit. *lib. 3. cap. 16.* multis tamen
tentiis variatum video, ſi mulier mortuo

*Nonimeſtris partus.*

priore marito ilicò ad ſecundas nupt
tranſierit, & nono menſe pariat, cujus
filius præſumatur & hæres? Sunt, qui pri
ris Mariti filium præſumendum exiſtime
1. Opinio. Cùm enim jure noſtro Nuptiæ intra ann
luctus vetitæ ſint, propter ſanguinis tur
tionem: *l. liberorum. 11. §. 1. ff. de his qui not.*
*fam. Jacob. Ravard. lib. 1. Varior. cap. 20.* Capi
da eſt, inquiunt, præſumtio filio favora
lior, ut ex nuptiis conceſſis, id eſt, primo
trimonio cenſeatur natus. Bald. *in l. ſi m*
*C. de ſuis & legit.* Quæ tamen ratio jure
nonico forſan non procederet: quo
miſſum eſt Uxori, etiam intra annum lu
alteri nubere. *c. pen. & ult. Extr. de ſec*
*nupt.* Sed fortè Lex Canonica ad hun
ſum trahenda non eſt, cùm ſuboriri a
guitas fœtus poteſt, ut quidem Alciatu
*bro nono parerg. cap. 12.* non improbabi
arguit. Etſi enim Juris pontificii aſſ
ribus placuit, etiam eo caſu, quoob
guinis turbationem, & patris incerti
nem, ſecundæ intra annum luctus nu
vetantur, Leges civiles per canonica
correctas eſſe, propter ea, quæ tradidit
fredus *in Summa, de Secund. Nupt.* illam t
Canoniſtarum opinionem ſolidis & evi
tibus argumentis confutavit Lucas de

*in l.Mulieres.9. C. de Incol.& ubi quis domi-
hab.vid.lib.10.* non tam matrimonia,quàm
miam ipſorum feſtinationem jure civili
hiberi oſtendens.quæ ſententia haud du-
è vera eſt.

Alii partum hujusmodi ſecundi viri 2. *Opinio.*
tius præſumi cenſuerunt, in cujus domo
inis ſcientibus natus ſit : ideoque in ejus
ris ſive filiationis quaſi poſſeſſione conſti-
tus, ut voluit Imola, Lancellotus, & alii
*d.l.Gallus,in pr.*quandoquidem filium eum
finiamus, qui ex viro & uxore ejus naſci-
r. *l.filium.6.ff.de his qui ſunt ſui vel al.jur.*
am concluſionem variè extendit, & rur-
m conſtringit Johann.Baptiſta Aſinius *in*
*uctor.praxi,parte 2.§.1.cap.66.& ſeqq.*Eamq;
l ideò veriorem fortè putaveris,quòd im-
tandum ſit ſecundo marito, qui nimis
operè uxorem duxerit ; quemadmodum
Ulpianus (ut ita argumentari inde liceat)
nem ei culpam adſcribit,qui cùm poſſet
n incidere in tempeſtatem,vel in vim flu-
nis, ſi opportuno tēpore navigaſſet ; ipſe-
t ſe arctaverit,vel nulla neceſſitate urgen-
voluptatis cauſſa fuerit profectus. *l.2.§.ſi*
*tamen.ff.ſi quis cantion.in judic.ſiſt.* cùm
ſertim ſuſpicione non careat properata
nuptiarum feſtinatio;nec infrequens ſit,

ut Marito fundi uxorii colono ignavo vic
ria ſtrenui & aſſidui magis cultoris op
ſuccedat. Quò ſpectat perfacetum illud
pigramma, quod ex venerandæ vetuſt
exemplari deſcriptum Martiali reſtituit H
drianus Junius *lib.5. Animadverſ.cap.17.* M
tialis id eſſe, vel Jovem lapidem jurare pa
tus. id vero ſic habet:

Milo.

*Milo domi nõ eſt peregrè at Milone profe*
*Arva vacant*, Uxor *non minus inde pa*
*Cur ſit ager ſterilis, cur uxor lactitet, edam*
*Quo fodiatur ager non habet;* Uxor ha

Ut taceam, ejus eſſe præſumendum filiu
qui in agro colendo diutius perſeveravei
maximè ſi favor teſtamenti ſuſtinendi h
ſuadeat: ut quia in teſtamento prioris m
ti ſit filius præteritus. *arg. l. ex facto. §. pen*
*SC. Trebell.* vel ſi conſtaret, ea ægritudine
fectum fuiſſe priorem maritum, ut ux
commiſceri veriſimiliter non potuerit.
*filium. 6. ff de his qui ſunt ſui vel al. jur.* Alcia
*in d. l. Gallus. in pr. num. 31. de lib. & poſth.* 
nius *in praxi Judicior. parte 2. §. 1. c. 80.*

Angelus propter incertitudinem p
2. Opin. tum illum ad utriusque mariti hæreditat
admittendum exiſtimat, tanquam utriu
cenſ

ſcatur filius: ſicuti & ſervus quandoque
orum dominorum in ſolidum fuiſſe, juris
mmento intelligitur, *leg. duo ſocii.8.ff.de hæ-
bus inſtitu.* quamvis unius tantùm eſſe
ſit: cùm duorum in ſolidum dominium
poſſeſſio eſſe nequeat. *leg.ſi ut certo.5.§.ſi
bus vehiculum, ff. Commod.* Contra naturã
ppeeſt, ut cùm ego aliquid teneam, tu
oq; id tenere videaris. *l.3.§. ex contrario. ff.
cquir. poſſ.* qua de re videndus eſt Arius
elus *in l. 1. C. de bon. mater. parte 3. n. 10.*
oinde ſententiam illam, ut ad utriusq; ſuc-
ſionem filius iſte admittatur, ceu ſomni-
quoddam irridet Alexander *in d.l. Gallus.*
nquam certum eſt, eam Azoni placuiſſe,
quæ magna æquitate fulciatur. *arg. l. qui
9 ff de Rebus dub.* Et hæc quidem uno ſa-
alu etiam Alciato probabilis videtur, cũ
cet utriusq; hæreditatem filius ille poſſi-
t. Poterit enim filius adverſus agnatum
mariti excipere, ſe ejus eſſe filium: eo-
q; modo etiam adverſus agnatum ſecun-
cùm licitum ſit Reo adverſus diverſos A-
es etiam contrariis exceptionibus uti, *l.
.de Except.* & ut Accurſius ait, mantellũ
ere, *in l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. ff.
off. teſtam.* Quo fit, ut adſeveratio erga
um nihil ei obfutura ſit reſpectu ſecun-

di. *l. ſi duo patroni. in pr. de jurejurando.* qu
Aretinus *in d. l. Gallus.* adverſus Abbat
cenſuit *in c. afferte. de præſumt.* & verum e
Poterit enim Reus adverſus unum obti
re, quia ille nihil probaverit: & adverſus al
rum, quia ipſemet filius ſe filium oſtende
*Alciat. libro nono parerg. & ad d. l. Gallus. in*
*n. 37.*

Cæterùm Ruinus & Salomonius n
4. *Opinio.* utriusq; hæreditatem, ſed alterius tantùm
concedendam putarunt, electione ſcili
ipſi data, ut ejus ſit, cujus eſſe velit; atq; ita
terpretatio in re dubia in partem fiat favo
biliorem. Nec videtur ratione deſtituta h
deciſio: quandoquidem filius matrimoni
inter Titium & matrem ſuam fuiſſe proba
intentionem habeat fundatam. Sed quo
am hæc non leviter per adverſarium obſ
rari poteſt, matrimonii cum alia quoq; p
batione, *Bart. in l. non ſolum. §. ſed ut probar*
*Novi oper. nunciat.* fit ut ſententia iſta n
5. *Opin.* ſat probabilis cenſeri queat. Sicut nec
quorundam Veterum: qui propter tan
dubietatem dividi haſce hæreditates, & u
usque dimidium huic dari cenſuerunt. *d.*
*ſi paterfamiliâs. de hæred. inſtit.*

6. *Opin.* Verior potiùs & receptior, atque a
Juris regulis quàm maximè conſentane

Ja

cobi de Belviſo ſententia, *in l. 1. C. quor. bo-r.* quam & Baldus & Angelus ſequuti ſunt, *l. Liberorum. §. 1. de his qui not. infam.* & Alricus *in l. ſi vicinus. C. de Nupt.* ut ob illam nguinis turbationem, neutrius exiſtimanus ſit filius, & propter incertitudinem ab uiuſq; hæreditate excludi debeat. *l. ſi ita fuede Reb. dub. l. 3. §. ſi duobus. de adim. legat.* r enim eſt reſpectu utriusq; mariti præmtio, & nulla victoria inter pares eſſe poſt. *l. cum enim. de ſtipulat. ſervor. l. ſi reus. de obus reus ſtipul.* Quod tamen cum hoc moramine accipiendum eſt, niſi aliquæ conturæ in alteram partem urgeant: qualis eſt a, cùm filius iſte vel primi, vel ſecundi ma- i, vel etiam utriusque, ut modò diximus, reditatem poſſidet. Facit enim poſſeſſio, pro poſſeſſore, tanquam pro filio præſuatur. *arg. §. Recuperandæ. §. commodum. In. de Interdict.* ubi commodum poſſidendi eo eſſe dicitur, quòd etiamſi ejus res non , qui poſſidet, ſi modò Actor non poteſuam eſſe probare, remaneat in ſuo lo- poſſeſſor. propter quam cauſſam cùm ſcura ſunt utriusque jura, contra petitom judicari ſolet. quippe qui intentionem ſuam non impleverit. *l. fin. C. de rei vin-* . Altera conjectura eſt, quæ ex lineamen-

*1. Conjectura ex poſſeſſione.*

*2. Conject[ura]*

*ex lineamentis oris paterni.*

tis oris paterni aſſumitur: ut ejus judic
filius, cujus imaginem & lineamenta refe
*quòd ſi nolit.31.§.qui mancipia. & ibi gl.ver.*
*infamatæ.ff.de ædilit. edict.* Quam opinio
Bartolus & alii, præcipuè verò Jaſon re
bat *in l. Gallus, in pr. n. 68.ff. de lib. & poſt*
Jacob. Menochius *de Arbitrar. Judic.cent.*
*ſu 89.num.98.* Cùm enim ex cogitatione
rati partus edantur, contingere ſæpè, u
naſcantur patri diſſimiles.*gl. in l.quaret ali*
*135.ff. de verbor.ſignific.* & *l. non ſunt liberi.*
*ſtatu hom.* Minimè certam hanc eſſe Na
legem, ut ſimiles patribus procreentur;
ſpecies mortalium, prout fortuita ſors
ceptionis obtulit, attribui, atq; ideò ple
que ex ſpecioſis deformes, & ex robuſti
validos partus edi. *Val.Max. lib.9.cap.14*
doctis, ſtolidos & ſtupidos; ex ſtultis,
prudentiſſimos: ut ex Alexandro Aph
ſæo luculenter docet Andreas Tiraquel
*LL.connub. lege 15. n. 154.* Sic etiam eve
ut cùm adultera adventum mariti met
de ipſo ſemper cogitet, ex adultero lib
pariat patri tam ſimiles, ut non lac mag
cti ſimile videri poſſit. Eò pertinere
Horatii:

*Nec metuo, ne, dum coëo, vir rure recur*

Ipſum etiam Empedoclem exiſtimaſſe

od ſub conceptum offertur, infantem in- mari. Id quod Plinius eleganter *hauſtas gines ſub ipſo conceptu* nominat, *lib. 7. cap. 12.* cujus itidem opinione Cogitatio utrius- t animum ſubitò transvolans, effingere ilitudinem aut miſcere exiſtimatur. Ideo plures in homine, quàm in cęteris omni- animalibus differentiæ: quoniam velo- s cogitationum, animiq́; celeritas, & in- ii varietas multiformes notas imprimit: n cæteris animantibus immobiles ſint a- i, & ſimiles omnibus, ſingulisq́; in ſuo q; genere. Hinc mulieres ſimulachra ſæ- culè ſtatuasq́; in deliciis habuiſſe con- ſimilesq́; iis partus enixas: ut videre eſt d Johan: Baptiſtam Portam *libr. 2. Magiæ turalis, cap. 19. & 20.* & Franc. Valleſium o ſingulari *de ſacra Philoſoph. cap. 11.* Nec nt in eam rem exempla ex bonis auctо- s. Nam & D. Auguſtinus *lib. 5.* contra num ſcribit, Regem quendam Cyprium latis deformis eſſet, cubiculum ſuum ibus imaginibus pulchris depingi cu- ut earum adſpectu uxor pulchram quo prolem conciperet. & D. Hieronymus neſin, Hippocratem ſcriptum reliquiſ- dit, ſuſpicione adulterii mulierem libe- quæ pulcherrimum infantem pepe-

rerat, utriq; ſtirpi & paternæ & materna ſimilem, quòd è regione cubilis non abſ lis effigies depicta eſſet. Quo argumen Quinctilianus matronam defendit, quæ thiopem enixa erat, cùm ejus coloris im culam in thalamo haberet. Et vulgata eſt cobi aſtutia, etiam ab Auguſtino proba *10. de Civitate Dei*: qui ut verſicolorem g haberet, in canalibus variegatas virgas p bat, ut tales fœtus progignerentur, qua rant virgę, quas potum ducta pecora templabantur. *Geneſ. 30.* Nec ignotu quod apud Luciliũ de Manilio pictore, deformes & forma ſibi planè diſpares h te legitur. Interrogatus enim à Gemini fieret, quòd non ſimiles ſibi liberos formâ fingeret, qua aliàs ſoleret pinger ſpondiſſe fertur, *in tenebris ſe fingere, at lu gere.* quod perquàm eleganti Epigram expreſſit Georgius Sabinus:

*Pignora conjugii deformia pictor habeb*
*Uxor in hunc talem protulit ipſa jocu*
*Cùm tua præſtantes manus exprimat en*
*formas,*
*Cur ſecus ac pingis, corpora fingis? ai*
*Nocte, refert, ſoleo tenebroſa fingere; pin*
*Clara nitet Phœbo cum radiante die*

Sed nec propterea putant probabile

ſuram ex ſimilitudine illa capi poſſe: quòd Similitudo quorundam etiam exterorum.
mpertum ſit, etiam diverſarum gentium
tales tam concordi figura repertos, & ali-
os in diſſitis & remotis admodum locis
ſibi formâ pares fuiſſe, ut neuter ab altero
ſcerni potuerit, ſed uterque pro uno eo-
mq, fuerit habitus. Nam & Toranius M.
ntonio Triumviro eximia forma pueros,
erum in Aſia genitum, alterum trans Al-
s, ut geminos vendidit, tanta unitas erat!
Antiocho regi Syriæ, è plebe nomine Ar-
non in tantum ſimilis fuit, ut Laodice
njunx regia, necato jam Antiocho, mimũ
eum commendationis regnique ſucceſ-
nis peregerit, ut Plinius ſcribit *lib.7.cap.12.*
nquam Artemona illum non ex plebe,
& ipſum regiæ ſtirpis fuiſſe dicat Valeri-
Maximus *lib.9.c.14.* ex quo ſubobſcura il-
linii verba lucem accipiunt. Igitur adſcri-
Laodice uxor Antiochi (ait Valerius) in-
fecto viro, diſſimulandi ſceleris gratiâ Ar- "
onam in lectulo, perinde quaſi ipſum Re- "
ægrum collocavit: admiſſumq; univer- "
populum & ſermone ejus & vultu con- "
ili fefellit: crediderunt que homines, "
Antiocho moriente Laodicen & natos "
ſibi commendari. Et, ut idem tradit Pli- "
Magno Pompejo Vibius quidam è ple-

*ætatis* homines Schola admittit. Tamdi
ſcendum eſt; quàm diu neſcias, &, ſi pro
bio credimus, quàm diu vivas. Quocir
Canon pręcipit, ut nullus Epiſcopus pro
opprobrium ſenectutis, vel nobilitatem
neris à parvulis vel minimis eruditis, ſi
fortè eſt utilitatis aut ſalutis, inquirere
gat. *can.ult.38.diſt.* cùm pro ſtulto merit
beatur, qui bona quæ viderit, diſcere co
mnit. *can.de Conſtantinopolitana.22.diſt.*
deſunt ejus rei exempla. Nam & Auguſt
ad Auxilium epiſcopum ſcribens, ſe &
ait, à juvene, & epiſcopum tot annor
collega necdum anniculo paratum eſſe
ceri. *can.ſi habes.24.q.3.* & ille apud Pom
nium teſtatus eſt, ſe diſcendi cupidi
quam vivendi rationem optimam duc
memorem eſſe ejus ſententiæ, qui d
fertur: Etſi alterum pedem in tumul
berem, tamen non pigeret aliquid add
re. *l. apud Julianum. 20. ff. de fideicomm.lib*
Et quidem, ne quis ratione ætatis gra
vi

is patrocinium ſuæ quærat inertiæ: continuò quoque, *Eurydicen* Illyricam fœminam, quamvis barbaram & adultorum jam liberorum parentem, ad literas tamen animum adjecisse. Cujus ardens diſcendi deſiderium Epigrammate Muſis poſito Plutarchus commemorat in hunc ſenſum: Eurydice grandæva, pubentium jam prolium mater, curavit diſcere literas, eruditionis monumenta. Sed & *M. Cato Cenſorius*, rudi ſecunda ætate jam declinata, ut Fabius inquit, literas Græcas, Ennio præceptore uſus didicit, ut eſſet hominibus documento, ea quoque percipi poſſe, quæ Senes concupiſſent. Notumq; eſt illud Juvenalis, quo in mulieres Romanas Græcæ linguæ affectatrices, & illas quidem invehitur; quas etſi ſextus & ſexageſimus annus pulſaret, adhuc tamen Græcè loqui non puderet addiſcere, ut eo ſermone exprimendo venuſtiores viderentur: quandoquidem, ut *Satyra 6.* inquit, Eurydice. Cato.

—— *ſe non putat ulla*
*Formoſam, niſi quæ de Thuſca Græcula facta*
*eſt;*
*De Sulmonenſi, mera Cecropis.*

Mirabilior tamen his etiam multò eſt *Superianus* ſophiſta, genere Iſaurus: qui cum Superianus.

naturâ ingenio tardiore eſſet, tantum pr
cit induſtriâ & labore, ut tricenario jam
major primùm lectitare libros inceperi
liberalibus diſciplinis animum appelle
dentidem à ſe repoſcendo, quæ didicer
neq; verberibus, neq; increpationibus
cendo in ea ætate, quod in pueris ſolet.
enim in balneis viſebatur ſæpè à ſe diſſl
latus, vibicibus injuriam in ſe ipſum ex
tam etiamnum teſtantibus. Neq; ſpe ſu
ſus fuit, nam ad ſummum eruditionis c
pertendit, uti refert Eunapius, qui Soph
rum vitas ſcripſit. Ac ne longiùs ab

*Franc. Aretinus.* Franciſcus utiq; *Aretinus* jam quadra
rius tyrocinium Jurisprudentiæ cepiſſ
tur. Qui etſi aſperſus à quodam fui
ſcommate, quòd videretur ſibi ille fu
Advocatus in altero ſeculo: nihilo t
minùs in ea ſcientia valdè claruit, ut
liſſimus Doctor, & ſubtilitatum princ

*Accurſius.* pud Noſtros etiamnum audiat. *Ac*
quoque, ut ferunt, interrogatus ſimili
jam gravis ætate, reſpondit, ſe tardè qu
incipere, ſed eò maturius ſe abſolutu
quod Hadrian. Junius retulit *lib. 4. An*
*verſor. cap. 24.* Etſi enim ea Senum qu
dam eſt imbecillitas, ut in ipſis umbr
menque hominis ſaltem relictum ſit;
co

poris effœtæ, ſenſus oculorum atque au-
m habetes, memoria labans, vigor animi
uſus: atq; adeò parũ etiam animo videat,
ſenio confectus eſt, ut dicebat Salluſtius:
erire tamen contrà non paucos eſt, qui-
etſi corporis vires decreverint, ipſa ta-
ſapientia accreſcat. Quinimò multos in
ema jam ætate, integris cùm animi tum
poris viribus præſtitiſſe, vero non eſt ab-
le. Nam ut eos taceam, quorum ſenectu-
memorabilem Val. Maximus deprædi-
*lib. 8. cap. 13.* Zoſimus utique viceſimum & *Zoſimus.*
ceſimum ætatis annum agens, polluiſſe &
ni virtutibus, & corporis operationibus
niano dicitur *Novell. 5. c. 2.* Et Sophocles *Sophocles.*
egiſſet jam annos quinq; & nonaginta,
ipum Coloneum recitavit, quo ipſo Ju-
us admirationi fuit, filio Jophonte, qui
tanquam delirum ſenem deſipiſcentiæ
nulârat, dementiæ contrà damnato.
um ſcilicet ſapientiæ in ætate jam fra-
pecimen dedit, ut ſeveritatem tribuna-
in theatri favorem converterit. Nihil
aliud (inquit Apulejus) pro defen-
ſua addidit, niſi, ut audacter dementiæ
orêt, ſi Senis carmina diſplicerent. Sed
*odorus*, pugil ille excellentiſſimus & ce- *Nicodorus.*

leberrimus apud Mantinenſes, extrem
tatis ſuæ tempore, & exacta pugillatione,
giſlator eis exſtitit, longè utiliorem ſepa
in ea re præſtans, quàm cum publicè vi
in ſtadiis proclamaretur. *Ælian. lib. 2. Va*
*hiſtor. cap. 23.* Taceo *Iſocratem* Panathenai — *Iſocrates.*
orationem, omnium, quas ſcripſiſſet, 
lentiſſimam, poſt octogeſimum vitæ an
elucubraſſe. quemadmodum ipſum e
*Platonem* ajunt, annum circiter octo — *Plato.*
mum agentem ſcribendo vita functum,
*Pierius in Oloris Hieroglyphico.* Et quale
ſes fuiſſe robur Moſis? cujus oculi ne — *Moſes.*
quidem caligabant, nec fugerat viridit
jus (ut loquitur Scriptura Deut. 33.) cum
num 120. ætatis compleviſſet. Tale &
lebi, viri cordatiſſimi, & Deo obedien
mi: qui anno ætatis 85. prædicabat, ſe vi
æquè integris eſſe, imò etiam ad bellig — *Caleb.*
dum ſufficientibus, atque fuerat in flo
tatis, quando anno 40. ætatis ad terram
plorandam ablegatus fuerat, *Joſua 14.* T
Paulum Concordienſem, ad quem H
nymi exſtat epiſtola. Taceo & alios, qu
D. Toſſanus meminit *lib. 1. de Senectute,*
[redacted] — *D. Ioh Pfeffingerus.*
pr

[redacted]!

Jam ut conceſſero, Senes debilitate ple-
mq; affici; non diſſiteberis tamen, Juvenes
ulticiâ contrà divexari, ut Poſidippus con-
ercebatur; dũ ſcilicet ob juveniles calores,
os coarctandos Juſtinianus putat *in l. ult.*
*ſius autem & nullas C. de bon. quæ liber.* in ma-
m procliviores ſunt, *c. omnis ætas. 12. q. 1.* ut
on immeritò Homerus Juvenum conſilia
xerit eſſe levia; at ſeniorum gravia. Unde
oëta Græcus de Juvene quodam inſano;

*Iuvenum ſtultitia.*

*Vera refert in te divini carmen Homeri,*
*Dum Juvenes dixit conſilii eſſe levis.*

ui non abſimile eſt, quod *1. Iliad.* legimus, ab
e Neſtoris, qui jam duas ætates transgreſ-
ſerat, melle dulciorem orationem fluxiſſe.
ut verè ſcripſit *de ſenectute* Cicero: Non
ibus, nec velocitatibus res magnæ gerun-
; ſed ſenum conſilio & ſcientiâ: quibus
n orbari, ſed augeri ſolet Senectus. Cor-
re ſiquidem ſeneſcente, aut vergẽte deor-
n conditione corporea, fervor ſpiritus in

*Senum prudentia.*

ſubli[redacted] Extr
*renunciat.* Hinc illa Salomonis exclamat
Quàm ſp[redacted]
tereat, inquit, narratio Seniorum, ipſi en
didicerunt à patribus ſuis. Ab ipſis di
intellectum, & tempore neceſſitatis dar
ſponſum. Inde pro ſenibus celebre &
tum eſt elegans illud Adagium, quod D.H
ronymus adverſus D. Auguſtinum add
dehortaturus eum, ne ſe jam ſenem
bendo provocaret. *Bos enim* (inquit)
*ſus fortius figit pedem.* Ut enim boves v
li ad triturandum, dum fortius calcan
ptiores ſunt: Ita & in literaria palæſtra
mines ſenes, qui rerum experientia, &
actæ vitæ ſtudio ſunt doctiores. *Alcia*
*Gallus. in pr. ff. de lib. & poſt. n. 58.* Quo
moribus Hebræorum, à quibus ad alios
pulos Juſticia, Pietas, & Reipublicæ
conſtituendæ ratio promanavit, Senes
rumque prælati fuerint, & ex his Se
conſtitutus. Quod & Lycurgus La
moniorum Legislator imitatus inſtit
viginti octo ſeniores ſemper Princi
Laconum adſiſterent, *teſte Plutarcho.*
jus etiam inſtituto Lacedæmonii ſeni

*Senectutis veneratio.*

ſurgebant. quod jam antea & Moſes præ-
perat *Levit. 19.* Coram cano capite aſſur-
e, & honora perſonam Senis. Quò ac-
mmodari poteſt id, quod habetur apud
vidium:

*Magna fuit quondam capitis reverentia*
*cani,*
*Inque pari precio ruga ſenilis erat.*]

apud Satyricum:

*Credebant hoc grande nefas, & morte pi-*
*andum,*
*Si juvenis vetulo non adſurrexerat.*

uem morem cum & Solon Athenis vellet
roducere, perſuadere autem non poſſet;
ex quidam dixiſſe fertur: *Solos Lacones ſa-*
*, & apud eos optimum eſſe ſeneſcere.
c verò præeminentiæ iſtius, quo ſenes
dere diximus, deeſt ratio: cùm certum
Eos multa ſuo etiam malo didiciſſe, & nõ
nis tantum labris res humanas guſtaſſe;
eas ſurſum ac deorſum volutatas peni-
& quaſi in ſpeculo fuiſſe contemplatos:
e ita publicis & privatis ærumnis edo-
, de eventu cõſiliorum dexterius judica-
reſcentibus quippe cum ætate calamita-

tibus,etiam potentibus & felicibus homi-
bus:ut non temerè dixerit Antiquitas: *Tu*
*ſenectam,quoniam non venit ſola.* Et alibi leg-
tur: Caniciem hominum prudentiam e
& ſapientiam. *can. porrò. 84. diſt.* & coron
ſenum eſſe multam peritiam. *Eccleſiaſt.* 2
*verſ. 8.* Quibus accedit,quòd experien
qua ſenes præ juvenibus pollent,rerum m
giſtra dicatur. *c. quam ſit. de Election. in 6.*
quòd impoſſibile,vel certè difficile putet
riſtoteles *8. Politicor.* ut,qui opera ipſa n
tractat, peritè judicare poſſit. Siquidem
mne artificium incrementum recipiat,
Marcianus reſpondit *in l. legatis.65.§.ornam*
*bus.ff.de legat.3.* Rectè igitur Marius apud S
luſtium : *Quæ illi audire & legere ſolent,eo*
*partem vidi egomet,alia geſſi: quæ illi literis*
*militando didici. nunc vos exiſtimate, facta au*
*cta pluris ſint.* Adde,quòd Senes non ita
piuntur ſuis affectibus, ſed maturo conſi
res adminiſtrant. & quoniam morti vic
ſunt,ſolet eos, aut debet certè ex hum
ſorte admonere mortis cogitatio. *l. Sena*
*35.§. Mortis cauſſa ff. de mort. cau. donat.* ni
contra officium,nihil contra juſticiam te
tandum, multò minùs peragendum e
Cogitatio quippe mortis, qua humana f
gilitas præcipuè perturbatur, *l. hac conſult*

..8.§.at cum humana. C.qui teſtam.fac.poſſ. ſi-
inſtantis, ſive vicinioris, flectit eos ad af-
ctus tranquilliores; ut opes, honores, vo-
ptates, obtrectationes, vindictæ cupidita-
m, & reliquas ſeculi hujus fatuitates faci-
s poſſint contemnere. Quod autem Se-
x magis præſumatur memor ſalutis æter-
, quam Juvenis, multis oſtendit Tib. De-
anus conſ. octavo, Stantibus iis, num. 14. vol. 2.
vel hinc quoque verum appareat, quod
ci ſolet, Mortis cogitationem multa bona
erari, ut mundi contemptum, peccati e-
tationem, & cætera, de quibus videatur
rſatus conſ. 226. nu. 32. vol. 1. & D. Toſſanus
3. de Senectute, cap. 2. Sed an Doctores ſe-
ores præferendi ſint Junioribus, licet per-
icacioribus; id diligenter pertractatum eſt
interpretibus, præſertim verò Dn. Abelo
uburgo, Juriscõſulto eximio, & nunc qui-
m inclutæ Reipub. Norimbergenſiũ con-
ario ſolertiſſimo, præceptore quondam
eo multis nominibus mihi obſervando, in
um quid. 3. ff. ſi cert. petat. *D. Abel Straſburgius.*

Illud pro Tempore, & quidem Coroni-
s loco hîc adjecero; Platonem Naturæ e-
ſſe gratias, quòd natus eſſet homo, non
lua; maſculus, non fœmina; Græcus, non
rbarus; inprimis verò etiam *Socratis tem-* *Plato cur naturæ egerit gratias.*

*poribus*, qui primus Ethicen de cœlo dedu[...]
ut mores hominum depravatos compo[...]
ret. Adeò ille magni referre putabat, in [...]
tempora & loca Ingenium uniuscujusq; [...]
cidiſſet! Quod ipſum & Thraſea apud Ta[...]
*Thraſeæ magnanimitas.* tum *lib. 16. Annal.* confirmavit, accepto [...]
& ſectis utriusq; brachii venis, miſſum a[...]
Quæſtorem, qui mortem denunciaret, [...]
plusquam humano ita compellans: *Sp[...]
Juvenis, & omen quidem Dii prohibeant; [...]
rum in ea tempora natus es, quibus firmare [...]
mum expediat conſtantibus exemplis.*

Quo dicto locum hunc de tempore co[...]
cludo, ne aut intempeſtivior, aut prolix[...]
quàm par ſit, videar, aut tanquam pictor [...]
Callimachus, diligentiæ induſtriæque [...]
nunquam finem habens, reprehendar; & [...]
mia curioſitate omnem operis mei grati[...]
ipſemet quodammodò auferam.

*Hodie ita ſubtiliter elaborantur [...]rologia.)*

Recenſet hoc loco Pancirollus aliquot [...]
*Horologiorũ formæ.* rologiorum formas: quibus infinitum e[...]
ſingulas ſubinde excogitatas velle add[...]
Interim, dum in quibusdam Sphærarum c[...]
leſtium motus expreſſos ait: meminerin[...]
*Archimedes.* inventionem illam *Archimedi* non im[...]

o forſan accepto ferendam eſſe. Hujus
ppe ingenium ſupra quàm ullo poſſit e-
uio explicari, docile, perſpicax, & divinũ,
mundi opificio Deum ferè ipſum laceſſe-
viſum eſt, quando concinnè cœlum con-
ſeæneum memoratur; ut inibi ſeptem
erentur planetæ, & ratione incomparabili
m motus veriſſimè deprehenderentur,
ando nec cœleſtis deerat vertiginis ſimu-
orum. De hac Archimedis Sphæra exſtat
*gramma Claudiani* Et de aliis ipſius inſtru-
ntis videri poterunt Plutarchus *in vita*
*arcelli*, & Cicero 5. *Thuſculan. quæſtion.* Ta-
rocul dubio fuit cœlum illud argenteum,
od Paulus Jovius & Sabellicus *lib. 24. in*
*lem. hiſtor.* ſcribunt, & Imperatore Fer-
ando Conſtantinopolim Turco-Soly-
no dono miſſum. & eam quidem machi-
n argenteam ab hominibus duodecim eò
tam, ſingulasq; ejus partes tum in præ-
ia Solymani ab artifice fuiſſe compoſi-
& rurſum deſtructas; exhibito pariter li-
o, quo modus admirabilis iſtius Sphæræ
erpetuo motu aſſervandæ docebatur.
minit etiam Guilielmus Salluſtius Barta-
*in Septimana divina, die ſexto*, cœli ejuſmo-
trei, quo *Saporem* Perſarum Regem, qui
pore Conſtantini principis ſeveriſſimi

*Cœlum argenteum.*

*Cœlum vitreum.*

regnavit, ſuperbiiſſe legimus, inſident
*Saporis faſtus.* thoro alto, & pedibus ſubjectam vitream
am cœli machinam, inſtar novitii cujusd
Dei, contemplantem. quo etiam nomine
*& Lunæ fratrem* ſe ſanè quàm inſolenter
minabat. Sic enim epiſtolam illam, quam
Conſtantium Imp. dedit, fuit exorſus:
*Regum Sapor, particeps ſiderum frate, Solis &*
*na,* Conſtantio fratri meo ſalutem plurim
dico. Mox ſubmonet, provinciis quibusd
cedat: quoniam medelarum quoq; arti
urere, nonnũquam & ſecare ſibi permitt
quò reſiduis liceat integris poſt hæc uti.
pſum & beſtias factitare quoque, quæ cu
petantur gnaræ, id abſciſſum ſponte ami
ut in reliquum ſuperſint impavidæ. qua
videri poterunt Cœl. Rhodigin, *lib. 8. c*
& Hieron. Card. *De varietate Rerum.* Et
non videt, hominem in rebus quàm p
mis Dei videri velle æmulũ? Nam cùm
ci, tum Latini ſcriptores, & ex his Pliniu
*Zeuxis præſtantia.* *35. cap. 10.* tradidit, Zeuxin illum picturâ n
lem, tam artifici ingenio uvas pingend
præſentaſſe, ut deceptæ aves ad eas, tanq
planè veras advolarent. Fecit & Penelo
in qua expreſſiſſe mores videtur. *d. lib. 35.*
*Apellis* Apelles quoq; excellentis fuit peritiæ,
quam ſic ad vivum expreſſerit, & canem

tereuntes equi adhinnirent, adlatrarent es. Notaq; eſt Myronis Bucula, quæ ex ita erat ad vivum expreſſa, ut non gregem tùm, ſed & paſtorem ipſum poſſet fallere. qua Auſonius Epigram. 57. *Myronis.*

*Bucula ſum, cælo genitoris facta Myronis*
*Aere: nec factam me puto, ſed genitam.*
*Sic me Taurus init, ſic proxima Bucula mugit,*
*Sic vitulus ſitiens ubera noſtra petit.*
*Miraris, quod fallo gregem? gregis ipſe Magiſter*
*Inter paſcentes me numerare ſolet.*

& memoriæ proditum eſt, marmoream erem arte tam mira ab Praxitele elabom, ut ſpectantes ſubinde libidinis titilntur incentivis. Ferunt (ait Plinius *lib.* *p.5.*) amore captum quendam, cùm deſſet noctu, ſimulachro cohæſiſſe: ejusq; ditatis eſſe indicem maculam. Unde diam illam Venerem veſano amore cuam juvenis inſignem alibi appellat, *lib.7.* 8. Ejusmodi quid & Athenienſi cuidam eſcenti ſummo loco nato obtigiſſe, legi apud Ælianum *libro 9. var. hiſtor.* Is enim am *Bonæ Fortunæ* (ait Ælianus) ad Prytam ſtantem deperibat: & ſæpè in compleejus ſe inſinuans, oſcula dabat: atq; inde *Praxitelis.* *Venus.* *Bonæ Fortunæ ſtatua.*

raptus in furorem, œſtroq; percitus,pro
cupiditatem,in Senatum veniebat, & e
rogabat,ut ſibi eam liceret emere.At cùm
hil proficeret, multis regiis ſertis & co
imagine coronata, oblato ſacrificio, ipſa
precioſo veſtitu ornata, profuſis innum
bilibus lachrymis, ipſi ſibi mortem co
vit. Huic rectè reſpondere poterat Her
Strozi,Poëta verè nobilis, marmoream i
ginem ita loquentem introducens:

*Hic licet aſſideas, & marmora ſurda fatig*
*Nil tibi,quod proſit,ſaxea forma dabit.*
*Qui faciem finxit,voluit ſimul addere m*
*Et duram duro marmore compoſuit.*

Cęterùm non conſtitit intra hos term
humanum ingenium, ſed ulteriùs id l
progreſſum videmus. quandoquidem Æ
ptios ſcribit Mercurius virtute quadam
narrabili Deorum confinxiſſe ſimulach
articulatam promerent vocem, nec no
nil admirationi deſit) progrederentur.
*Cœl. Rhodigin. libro 2. Antiquar. lection. ca*
Certè ab Alberto legimus fictile caput fa
catum,quod ſuo tempore loqueretur. Id
ratione,per tubum plumbeum præſerti
jam num fieri poſſit, Joh. Baptiſta Porta
cet *lib.16. Magiæ Naturalis,cap.12.& lib.19*
Quo fit,ut minùs mirer Architam illum

*Simulachra loquentia & eunti.*

*Archita columba volatilis.*

inum, à quo pleriq; nobilium Græcô-
, & Favorinus philoſophus memoriarũ
rum exſequentiſſimus, affirmatiſſimè
ſerunt, ſimulachrum columbæ è ligno,
one quadam diſciplinaq; mechanica fa-
m volaſſe, ita erat ſcilicet libramentis ſu-
ſum, & aurâ ſpiritus incluſâ atque occul-
oncitum, *Gellius lib. 10. cap. 12.* quanquam
antis columbæ machinulam, facilimè
fiteri audet Jul. Cæſar Scaliger *Exercitat.*
*ad Cardan*, ubi Naviculam ſponte mobi-
, ac ſui remigii authorem ſe facturum ait
lo negotio. Eadem enim ratio, ait, cum
nte avicula. Materia ex junci medulla
abilis, veſiculis amicta, aut pelliculis, qui-
auri bractearores, atque foliatores utun-
nervulis obvoluta, ubi ſemicirculus rotã
m impulerit, motum præſtabit aliarum,
bus alæ agitabuntur. Fuit autem Arhi-
Mathematicus ſummus, ut ex illo Hora-
*lib. 1. Carminum, Oda 28.* ſatis conſtat, dum
n

*—maris & terræ, numeroq; carentis arenæ*
nſorem vocat: reſpiciens fortaſſis ad il-
Apollinis apud Herodotum *lib. 1.* ubi
ollo magnificè gloriatur, ſibi arenæ nu-
rum notum eſſe, dum ait: Scio ego arenæ
merum, & menſuram maris. quo adducti

*Arena numerum, & maris menſurã ſcire.*

poſteà ſunt Geometræ, ut aliquid auda
ſuſciperent, pronunciarentque, quantu
renæ numerus futurus eſſet, ſi eâ referta
ſet Mundus, quod Archimedes in libello
ψαμμίτης *inſcribitur*, ratiocinatur. co
quàm proverbium habet: *Metiris arena*
eſt, conaris, quod non poteſt fieri & exp
ri. Horatius igitur è globo maris & t
Geometram ſignificat; ex arenæ num
Arithmeticũ. quas duas artes nomine G
metriæ plerumq; veteres complectebat
ut Adrian. Turnebus docuit *lib.26. Adv*
*cap.1.* Eſtq; iſte Horatii locus argument
tis evidenti, plus in Poëtis latêre eruditi
quàm plerique ſuperciliosi viri, eorum
temtores cenſeant: qui præter puerilem
lectationem, vel ut Eratoſthenes, ſona
re riſu ob hoc excipiẽdus, dicebat, anile
dam fabulamentum, nihil iis ineſſe cre
quæ ſententia ſolidiſſimè confutata eſt à
dovico Cœlio Rhodigino *lib.7. Antiqu*
*In Poëtarum oſores.* *ction. cap.1. & 2.* Et quidem Oſores illi p
rum meminiſſe debuerant illius, quod
Platonem *in Minoe* admonet Socrates, c
dũ inprimis eſſe iis, quibus fama curæ e
poëticũ aliquem hominẽ infenſum hab
quippe q in utrãq; partem tum ad lauda
tum ad vituperandũ, maximã vim obt

uod Anytus & Melitus, ut à Socrate fortaſſ didicerant, ita in præceptorem retorſerũt, tâ Comœdiâ plusquam tragicâ ab Ari- phane, doctiſſimo nebulone: qua opti- um virum & hominem divinum ſtolido lgo deridendum, & tandem iniquiſſimis ffragiis condemnandum propinarent, ut dit Goropius *in Amazonibus, fol. 812.*

Porrò Columbæ iſti volatili nihil opi- r artificio conceſſerit Aquila illa lignea, æ ante Imperatorem Norimbergam in- eſſurum in aëra ſubvolavit, atq; eum præ- ſit usque ad portam. Cujus, ut & Mu- ferreæ itidem volatilis, Guilielmus Sal- ius Bartaſius meminit loco antè allegato. iusque ſanè inventionem Petrus Ramus anni Regiomontano tribuit, in præfa- ne *libri ſecundi ſuarum obſervat. Mathema- r.* *Aquila li- gnea.* *Muſca ferrea*

Ac quoniam Pancirollus Horologia, vel ygdali inſtar efformata in collo ſuſpendi non abs re forſan fuerit, de Operum mi- orum, & præ nimia exilitate ipſum ferè m effugientium artificibus, quædam hîc icere. *Callicrates* igitur, ſi Plinio credi- *lib. 7. cap. 21. & lib. 36. cap. 5.* ex ebore for- as, & alia tam parva fecit animalia, ut *Opera minu- ta.* *Formica ex ebore.*

partes earum à cæteris cerni ſive diſcerni
poſſent. Et *Myrmecides* Mileſius inter cæ
ra laudatæ induſtriæ monumenta in eod
*Quadriga.* genere inclaruit: quippe qui ex eadem
teria quadrigam fabricaſſe legitur, quam
agitatore ſuo Muſca integeret alis & coo
*Navicula.* riret: item & Navem, quam Apicula pe
abſconderet. Hujus & M. Varro mem
*lib. de ling. Latina, ſexto*: docens, qua rati
ſubtilia illa opera oculis colluſtrare po
Etenim, inquit, faciliùs obſcuram ope
Myrmecidis ex ebore oculi videant, ſi ext
ſecus admoveant nigras ſetas. Teſtis quo
eſt Hadrianus Junius *lib. 1. Animadverſ.*
ſpectaſſe ſe non ſine magna animi volup
Mechliniæ, nobili Brabantiæ oppido,
*Alea ex ceraſi nucleo.* calculum, in modum quaſilli exſculp
quo continebantur quindecim alearum
ria, ſuis punctis affabrè diſtincta, ita ut
oculorum dignoſci potuerint clarè, cui
non dubia aut tenebroſa erat illa ocul
lux. fuerat autem emtus is calculus ab
gano quopiam apud Confluentes Rh
Moſellæ. Tradidit & Cicero, referent
dem Plinio *lib. 7. cap. 21.* vidiſſe ſe in nu
*Ilias nuci incluſa.* cluſam Iliada Homeri, carmen in me
na ſcriptum. Sed Homerum longè pre
ore cuſtodiâ dignum putavit Alex
Mag

gnus,illud crebrò in ore habens,ſe Iliada Odyſſean Homeri usquequaque ſequutũ tar optimi viatici, nempe pro laborum atio & imitamento,ut eſt apud Plutarchũ. q;inter ſpolia Darii Regis Perſarum, unentorum ſcrinio capto, quod erat auro mmiſque ac margaritis precioſum, varios ſuſus amicis demonſtrantibus, (quando ebat unguenti bellatorem & militia ſorum) Imò herclè, inquit, librorum Homeri cuſtodiæ detur; ut precioſiſſimnm humani animi opus,quàm maximè diviti opere varetur. Cujus ego laudes ſingulas ſi dedicare velim, verear, ne laborem ſuſcerus ſim inanem, ac prorſus inutilem: cũ il hoc aliud videri poſſit, quàm eum laue,quem nemo vituperat,ſed omnes veneur & ſuſpiciunt.aut verò etiam cum Ariphane quærendum mihi ſit, Undénam αμφορον, quod, Suida interprete, *decies amphorarum* verbũ eſt ,accipiã,quo ſatis nè cõpellare eum poſſim. Eò quippe prous eſt auctoritatis,ut nõ tãtùm *priſca poëdivinus auctor* apud Græcos, ab Apulejo ,ſed & cõtentione ſumma *literarũ parens*, *ctrinarum fons* à celeberrimis pronuncieuctoribus. Eſtq; memorabile inprimis, d Palaton ζωγράφος ſive pictor, cùm Ho-

*Alexander M. quanti Homerum fecerit.*

*Homeri laus.*

*Homerus vel uti vomens.* merũ deſcriberet, illũ quidẽ velut vome exprimebat; poëtas verò reliquos per an tum adſtitutos ἐμημεσμένα ἀφυσσόμενοι, id quæ rejeciſſet is, abſorbentes. Cui non inc accommodari poterit illud Ovidii:

*Aſpice Mæoniden, à quo ceu fonte perenni*
*Vatum Pieriis ora rigantur aquis.*

*Luſciniâ adumbratus.* Adde, quòd ut Orphei *Cygnus*, ita Home mulachrũ apud Veteres habita fuit *Luſc* ſive ob multiplicẽ vocis varietatem, ſive ctabilẽ ſuavitatem, ſive pertinacẽ in ea co nuationem. quandoquidẽ in una Luſcini fecta Muſicę ſcientia modulatus editur & nunc cõtinuo ſpiritu trahitur in long nũc variatur inflexo, nũc diſtinguitur c copulatur intorto: pmittitur revocato, ſcatur ex inopinato: interdum & ſecum murat; plenus, gravis, acutus, creber, ext ubi viſum eſt, vibrãs, ſummus, medius, i Omniaq; tam parvulis in faucibus, q exquiſitis tibiarum tormẽtis ars homin cogitavit: ut non ſit dubiũ, hanc ſuavit præmonſtratam efficaci auſpicio, cùm i Steſichori cecinit infantis. quibus M leporib⁹ enarrandis cum Luſcinia Plin pleſ cõtendere videtur *lib. 10. Natur. hiſt* *29.* quibus omninò addendum eſt, qu Homeri laudibus, patria, luminum or

quo tempore vixerit (qua de re multum uctores ambigunt) ex probatiſſimis ſcri- oribus retulit Melchior Guilandinus, *in ct. de Papyro. membro 4. fol. 68. & ſequent.*

Sed, ut ad minuta redeã opera: ſcribit Ælia- s *lib. 1. de Var. hiſt.* Myrmeciden & Callicra- in ſeſamo diſtichõ elegeiũ literis aureis in- *In ſeſamo diſtichon.*
ipſiſſe. Quod tamen homo prudens & vir- ũ ſtudioſus, ait, laudibus nequaquã deprę- abit. Quid enim hæc aliud ſunt, quàm tẽ- ris vana perditio? Prudenter igitur Ale- nder Magnus: qui oſtentatorem quendam ceris grana per longius miſſa intervallum, a fruſtrationẽ in acum inſerentem, nullo munere, quàm leguminis ejusdem mo- cenſuit donandum. Quo ipſo & hominis itatem, & *ματαιοτεχνίαν* quorundã non in- *ματαιοτεχνία.*
tè deriſit: quam tu inanem artis imitatio- recte dixeris, ſicubi laboris inſumitur imum, operæ precio nullo. *Cœlius Rhodi- lib. 17. Antiquar. lection. cap. 31.* Ex quo gene- *Pulex catenâ alligatus.*
eritò eſſe dixeris Pulicem in collo aureo- tella, eaq; prælongâ vinctũ, atq; in deli- abitum; cùm ille ſaliret aliquando: non- quam heræ ſugeret delicatulum ſangui- deinde in lectulo ſatur ſeſe collocaret. ut ardanum ludens ſcripſit Scaliger *Exer- 326.*

# DE PYXIDECULA NAUTICA.

## TIT. XI.

Magnetis ſeu pyxidis nauticæ inventio & utilitas.

*NEc minus utilis eſt Nauti[...] gnetis uſus, ſemper ad Septen[...] nem tendentis. Quaratione[...] ut & die & nocte obſcura, atq; etiam [...] peſtate coorta ſcire poſſis, quo loco ſis co[...] tutus, pyxidecula præſertim nautica a[...] bita, quæ mirabilis ars eſt, & facilis ei,[...] cognitionem ejus habet. Reperta hæc [...] in Melphi, Campaniæ civitate; quæ h[...]* Terra di lavoro *nuncupatur, ut v[...] Blondus in Italia illuſtrata, ubi de Ca[...] nia tractat, in fine. Ejus tamen Auct[...] gnoratur. Veteres navigabant, ſtella[...] larem conſiderantes, quam Cynoſura[...] cebant: itemq; ſtellas alias, ut Virgil[...] ſtendit* lib. 5.

——— clavumque affixus & hæren[...]
Nusquam amittebat, oculosque ſub[...]
ſtra tenebat.

*Si obſcurum eſſet cælum, ignorab[...] verſarentur, erantq; quaſi deperdit[...]*

*modum idem Virgilius* lib. 3. *demonrat:*

Erramus pelago, totidē ſine ſidere noctes.

*odie verò experientiâ ducti Nautæ, quā Aquilonis & pyxideculæ iſtius obſeratione ſunt conſequuti, ſemper ſciunt, uo in loco agant.*

## NOTAE ſive COMMENTARII.

Cretenſium placitis contineri conſtat, eptunum illum maris Deum enavigandi entiam Mortalibus communicaſſe, atque am claſſem conflaſſe primùm, cui ſit à Sano præfectus. Eundem etiam equos oium primò domuiſſe, *lib. 1. Tit. De Morib. bello uſurpat.* oſtendimus. Inde certè cognonis nata occaſio, ut & Neptunus & Hippi⁹ eretur: quòd ex Phurnuti ſententia, mari errimè iter peragatur, velut equorū funonē ſubeuntibus navibus, ut eſt apud Rhogin. *lib. 19. Lection. Antiquar. c. ult. in fin.* Thuides & Libavius *declam. quadam*, Corinis primam attribuūt cōcinnationem Nam, quæ quidem formam præ ſe ferrent, nunc etiam eſt frequentior: Alii aliis. de bus conſuli poterit Plinius *lib. 7. cap. 56.*

*Navigationis author Neptunus.*

*Corinthii.*

Ego Phœnicum laudem inter alia præcipu
fuiſſe poſitam didici in Navigandi præſtan
tia: quorum, ut cum Lucano dicam *lib. 3.*

*——— rates, non flexo limite ponti*
*Certior haud ullis duxit Cynoſura carinis.*

quippe q. perſpectâ Cœli & maris ſocietat
primi duos diſcreverunt polos, id eſt, extr
mos vertices, circa quos ſphæra cœleſtis ve
titur. Quinq; enim hæc eximia generi hum
no præſtitiſſe Syrophœnices videntur, qu
tum quidem ex Plinii *lib. 5. cap. 12. & 19.* poſſ
mus conſequi: nempe literas, ſiderum cogn
tionem, navigandi induſtriam, nec non m
litiæ diſciplinam, & frequentem Urbium c
ſtructionem. quod pluribus exſequutus
Steph. Forcatulus *lib. 1. de Imper. & Philoſ*
*Gallor.* Sed hoc ampliùs ipſum nos præpot
tem Deum, ut Univerſitatis, ita & navigii a
chitectum piè agnoſcimus: qui fabricatio
illius Noam docuit, ante omnium iſtoru
quos dixi, memoriam. Id quod non ta
tùm *Geneſ. 6. v. 14.* ſed & Sapientiæ *14. verſ.*
ſignatè exponitur his verbis: *Sed & ab ini*
*cùm perirent ſuperbi Gigantes, ſpes orbis terrar*
*ad ratem confugiens, remiſit ſeculo ſemen nativi*
*tis, quæ manu tua erat gubernata.* quo in loco
jam occaſio & finis navium ſubſequutaru
indicatur: Acquirendi ſcilicet cupiditas

*Imò Deus ipſe.*

*Navigatio-nis occaſio & finis.*

eſſent vacua ſapientiæ Dei opera: qui fra-
le illud lignum providentia ſua gubernet,
m & in mari viam, & inter fluctus ſemi-
m dedit firmiſſimam. Quæ cùm ita ſe ha-
ant: non poteſt ſanè non antiquiſſima eſ-
Navigandi ſcientia; ut hinc dubitare non
rum poſſis, Num etiam Veteribus cogni-
m fuerit hoc pyxideculæ Nauticæ inſtru-
entum, quo in navigationibus noſtris ni-
l hodie frequentius. Auget dubitationem,
òd ſub *Verſoriæ* appellatione Plautus ejus
eminiſſe videatur in Mercatore, Sc. Di-
m atque.

*Navigandi ars antiquiſſima.*

*Pyxis nautica an veteribus cognita.*

*Verſoria.*

*Hic ventus nunc ſecundus eſt, cape modò Verſoriam.*

in Trinummo, Sc. Staſime fac te.

*Cape Verſoriam, recipe te ad herum.*

troque enim loco Naviculatoriam pyxi-
m intelligi, ſunt qui putent. quorum ta-
en ſententiam rectè improbat Hadr. Tur-
bus *lib. 20. Adverſar. cap. 4.* docens, Verſori-
ibi funem denotare, quo velum vertitur.
od illo ejusdem Plauti probat in Epidico,
Heus adoleſcens:

*Ut cunque in alto ventus eſt Epidice, ex imo velum vortitur.*

ctè, *ex imo*. Sic enim ima pars veli, hoc eſt,
us angulus intelligitur, vel funis, quo ve-

lum tenditur. quem funem etiam *Navip-*
*dem* dici video, & quidē tam dextrum, qu-
ſiniſtrum. Duos certè Navis pedes Catull-
innuit:

——— *ſive utrumq; Juppiter*
*Simul ſecundus incidiſſet in pedem.*

quanquam non ignoro, apud Plautum
Menæchmis, Sc. Bene obſonari: per *Na-*
*les pedes* interdum etiam vel Remiges, vel R-
mos ſignificari, quibus Naves veluti amb-
lant. Quò pertinet illud Auſonii:

*Remipedes certant medio cum flumine lem-*

Cùm hæc ſcriberem, venit mihi in ment-
ejus, quod Ulpianus ex Pomponii ſenten-
ſcripſit; Non debere exercitorem navis p-
**Meſonauta.** Remigem aut Meſonautam obligari. *l.1.§.*
*ſunt igitur. ff. Naut. caup. ſtabul.* quo loco p-
Meſonautam Hermolaus Barbarus ſigni-
cari putat Mancipium, in medio Navis u-
cuique deſerviens: quales ſunt Mediaſtini
**Mediaſtinus.** domibus. Eſt enim *Mediaſtinus* (cujus & 
pud Ulpianum mentio *in l. ult ff. de oper. ſe*
& Columellā *lib.1.cap.9. & lib.2.cap.13.*) ma-
cipium abjectius, quod viliſſima & ſordid-
ſima miniſteria obire domi cogitur, dom-
verrere, purgamenta efferre, ligna conge-
re, & hujusmodi alia facere: Ipſum ob hoc
dictum, quòd in media domo ad imperia

mniu

ium nutuſque excubare ſoleat. Sic ergò
ſtos putat *Meſonautas*, qui in media navi
ili ſervitutis conditione omnibus præ-
ſunt. Gothofredus Meſonautam intel-
it eum, qui medium inter ſummos & i-
os locum teneat: Summos, ut proretas &
bernatores: Imos, ut Remiges: & qui a-
remigandi ſignum præbeat. Cui offi-
qui præſunt, hoc eſt, qui operam dant,
Remiges pariter remis aquã pellant, Hy-
io dicuntur *ad pitylum ſedere*. Eſt enim
*ylus*, fictitio nomine, ſonus ille, quem re-
us illiſus aquæ efficit. & Nautici pitylum
cant, cum ad *Celeumæ* remigatur: ſicuti
urnebus explicat *libr. 28. Adverſar. cap. 43.*
Celeumate autem illo, Navigationis mo-
ator, quem Plautus *hortatorem* vocat,
òd ea hortamenta faciat, quæ Græcis di-
ntur Celeuſmata, *Celeuſtes* fuit nuncupa-
, de quo videri poterit Guilhelm. Budæ-
*ad d. l. 1. §. qui ſunt igitur. ff. Naut. Caup. Sta-*
ubi non minùs, atque apud Turnebum
*citato*, varia officia nautica doctè & ele-
nter expoſita invenire eſt. Mihi propior
ro videtur Alciati ſententia, qua Meſo-
utas eos interpretatur, quos idem Ulpia-
s Græcis ναυλεπιβάτας dici ait *in l. ult. ff. d.*
ſiquidem Noricam ſequamur lectionem.

***Ad pitylum ſedere.***

***Celeuſtes, Navis moderator.***

***Meſonauta.***

quæ ſic habet : *Et quid, ſi quis ſit ex his, q vulgò μεσοναύτας, Græci ναυλεπιβάτας dicu* ut ſint Meſonautæ, qui navem inſcendu & ne aliquid nauli nomine domino na ſolvant pro vecturæ precio, ducendis re operantur : ab ἐπιβαίνειν, quod eſt inſcen re, Unde Epibates, navis aſcenſorem ſign cat : & ἐπιβάδες vel ἐπιβάται, naves eid Ulpiano conſcenſoriæ ſive ſcanſiles dic tur, quæ trajiciendis vectoribus aptæ, transportandorum hominum cauſſa fa ſunt. *L.1.§.igitur.12.* & ibi Budæus. *ff. de Exe tor. act.* Alciatus *lib.1. parerg. cap.43. & lib.3. ſpunction. cap.21.* Antonius Auguſtinus *lib Emendat. cap.17.*

*Pyxis Veteribus incognita.*

Sed redeo ad Pyxidem : quæ modò *A vel acicula marina*, modò *pyxis vel pyxide nautica* : ſæpè etiam *Magnes* dicitur. H Veteribus fuiſſe incognitam, omnes uno tentur ore : quippe qua deſtituti vaſto illi ceano nunquam ſe auſi fuerint committe uti nec abſque remis & actuariis navibus vigârint : ideoq; ſemper oras ferè terra legerint : ut ad Tit.1. *fol.31.* indicavimus. Q fit, ut cum illi ſeſe alveo mediterraneo co tinuerint, (nam ſine acus marinæ uſu, ut dicebamus, navigationem in alto Ocea inſtitui non potuiſſe, diſertè ſcribunt Pe

C

…rius *lib. 2. Hiſtor. Indicar. cap. 9.* & Gomara *… Hiſtor. General. Ind.*) Noſtri beneficio py… …os quotannis orbem terrarum crebris …igationibus obeant, & in alium orbem, …ta dicam, colonias deducant: jam ut inti… …s receſſus apertos habeamus, & exinde … modò mercatura abundans & quæſtuo… …valerit; verùm etiam omnes homines ſe… … ipſi, & cum Republica mundana, velut …na eademque Civitate mirabiliter con… …ent. *Johannes Bodinus in Methodo hiſtoria… …, cap. 7.*

Jam cùm vaſti illius Oceani immenſa … inſcrutabilis profunditas, ut nullâ …ntumvis maximâ funium copiâ fundus …gari queat, quemadmodum ab iis rela… … eſt, qui mare id permearunt: ideoque … noctesque, quamdiu ventus eſt ſecun… … curſus tenendus; obtinente autem ma… …, conſiſtere neceſſum ſit: quandoqui… … navigia mari illi accommoda, perinde …aves actuariæ, remis non agantur: Con… …iens nimirum eſt, *Bolidis*, de qua tam …a ab anilium fabularum nugamentis …liena cõmemorantur, uſum ibi eſſe poſ… …llum: ut ſcilicet humus eâ eruatur, qua …ite, in quibus terris verſentur, dignoſcãt. *Bolidis deſcriptio.* …nim *Bolis*, inſtrumentum, trunculum

pyramidalem formâ referens, & acuta
te perforatum: quod funibus attexitur,
bum verò ex altera parte applicantes in
fundum demergunt Nautæ, quoties lo
ſtationi idoneum nactos ſe eſſe putant,
ſi arena adhæſerit, opportunam eſſe ſta
nem colligunt : ſin minùs, limum aut
pem ſubeſſe cognoſcunt, cui anchora
gi minimè poſſit, ideoque aliò eſſe pro
randum. Id quod in Occidentali illo
ceano, ob gurgites ſcilicet imperſcrut
les fieri non poſſe, atque ideò irridet Jo
Lerius *in hiſtor. Navigation. in Braſiliam* ca

*Pyxidis inventio.* Quanto certior & præſtantior eſt pyx
nauticæ, qua de agimus, ratio? quæ in
tore gaudet Flavio quodam, Melphi in N
politano regno, florentiſſimo illo tr
Campaniæ, (quæ, ut Pancirollus hoc l
rectè monet, & à nobis *in titul. de Camp*
*fol. 394.* indicatum fuit, hodie etiam
*Terra di lavoro* dicitur) oriundo. qui A
marinæ uſum ante annos plus minùs tre
tos excogitaſſe commemoratur à Cie
Gomara, locis ſuprà allegatis. Hanc in

*Verè mirabilis.* cætera rerum inventa admiratione prim
dignam cenſet Hieronym. Cardanus *lib*
*de Artibus, artificioſisq́ rebus.* quippe qu
ſulcantur maria, creditur profundo pelag
ya

itati aquarum & ventorum turbini ſalus hominum, tam ingentes pecuniæ, ipſo- n denique vita principum, vaſculo tam vo, virgulæque, imò acui modicæ! nec a ſufficeret hæc credidiſſe, niſi etiam nos dirigat ac doceat, lapisque ſenſus ex- s tot viris ſapientiſſimis, oculatis atque itis præſtet. Ejus verò formam, prout Hieronymo Oſorio, propter eos, qui à ritimis regionibus ſemoti ſunt, explica- eſt, hic loci adſcribere duco convenien- mum. Vaſculum eſt (inquit Oſorius *de Reb. Emmanuelis Luſitaniæ Regis*) è ligno um, planum atque rotundum, altitudi duorum aut trium digitorum. In medio bet ſtylum præfixum, in ſummo præacu- n, aliquantò breviorem, quàm ſit va- li ipſius altitudo. Regula deinde è fer- ſolertiſſime facta, tenuis & anguſta ad va- li modum dimenſa; ita tamen ut diame- ipſius vaſculi longitudinem non exæ- et, inducitur. Styli verò cuſpis per me- m hujus regulæ, quod eſt inferius exca- um & faſtigiatum, ſuperius immiſſa, ita e- ſuſpenſam, paribusque momentis libra- n continet, ut utrinque angulos pares ef- at. Operculo deinde vitreo, ænea virgula cumdata firmato, ne poſſit regula excuti,

*Ejus forma & uſus.*

& aliqua ex parte labare, contegitur. C
verò magnetis ea natura ſit, ut non m
ferrum ad ſe trahat; verùm etiam una
pars ad Septentriones adſpiret, altera in
ſtrum propendeat, naturamque ſuam
ferro communicet: efficitur, ut, cùm re
hujus caput ad eam magnetis partem,
ſpectat ad Septentriones, applicatum, a
tuq; illius extorſum fuerit, eandem in ſe
concipiat: & cùm ita ſuspenſa exſtiteri
mobiliter in varias partes impelli poſſit, ſ
per in Septentriones inſita propenſion
feratur. Sic autem fiebat, ut Nautæ hoc
ſtrumento moniti, quamvis in profundo
lago verſarentur, & cœlum eſſet nubilu
caliginoſum, poſſent tamen ad Septen
nis rationem curſum dirigere. Hanc au
regulam, quia ad Acus ſimilitudinem pr
mè accedebat, e *Acum naviculariam* app
bant. Deinde cùm facilimum ſit, hum
ingeniis addere ſemper aliquid ad ea,
ſunt ſolerter inventa, aliam normæ ra
nem excogitârunt, qua poſſent exact
quem curſum in navigando tenerent, ra
ne perſpicere. E virgulis enim ferreis fi
ram efficiunt lateribus paribus, angulis
paribus, in rhombi ſpeciem deformat
Huic unam ex parte ſuperiore, alteram
in

ſeriore chartam orbiculatam adglutinant. agnetis autem adjuncta vi, ſic figuram nc temperant, ut unus ex acutis angulis ptentrionem, alter Auſtrum reſpiciat: ex tuſis verò unus ad Ortum Solis, alter ad ccidentem ſpectet: Diametri autem orbis jus longitudo figuræ longitudinem non cedat. Habet autem orbis hic in medio eum umbilicum affixum, ad eam formam ctum, qua diximus regulæ medium fabricum fuiſſe. Per umbilicum illud igitur ſtyuſpis immiſſa, orbem hunc ſuſpenſum tinet, qui non modò regulæ illius, de qua imus, vice fungitur, ſed omnes ventom regiones, quorum flatibus navis impelr, in conſpectu proponit. In charta name ſuperiore Septentrio, & Auſter, & Ori, & Occidens, & interjectæ inter hos ternos regiones exactiſſimè deſcribuntur. rmâ ad hunc modum conſtitutâ, hoc reat incommodi, quòd opus erat, quo navis fluctibus agitata, ut fieri neceſſe in puppim aut proram, aut in alterum latus inclinaret, ut illa in profunſubſidens adhæreſceret, neque motu ro in Septentriones dirigi poſſet. Ne em hoc eveniret, fuit ſolertiſſimè excogim. Nam vas ipſum paulò infra labrum

circulo æneo arctè conſtringitur. Utrinq;
autem ab eo circulo virgula chalybea du
in foramen alterius circuli majoris & ex
rioris, modico intervallo ab interiore
ſtantis, immittitur. Virgulæ verò bina
ſunt æquales & oppoſitæ, ut ſi ex utraqu
na & perpetua fieret, circularis illius ſp
diametrum contineret. Exterior autem
culus circa duas illas virgulas quaſi circ
axem verſatur. Rurſus ab exteriore circ
aliæ binæ virgulæ pari intervallo ad am
tum alveoli cujusdam orbiculati, intra qu
hæc machinatio continetur, ſimili rati
perducuntur. Ita ſunt autem hæ virgulæ
teriores interioribus ex adverſo conſtitu
ut ſi duæ tantum ex illis quatuor directæ
rent, ſeſe ad angulos rectos interſecar
Cùm verò machinatio ex inferiore part
nea & ponderoſa ſit, neq; fundum atti
ullum, ita undiq; pellitur, ut medium lo
teneat. Et cùm penſilis & mobilis exſ
pondere ſuo nixa eâ ratione cõſiſtit, ut q
vis maximi fluctus navem jactent, ipſa ſ
per ad libellam directa permaneat. Sic
tem fit, ut nihil interveniat, quod norm
ab eo motu, quo in Septentriones fer
impedire queat. Hactenus Oſorius. Cui
ſentanea ſcripſit P. Bellonus *libr. 2. Sing*

p.16.& Petrus de Medina Hiſpan. *de arte na-gandi lib.6.in pr. & lib.3.cap.7.* ubi eorum ar-mentis, qui chartæ marinæ uſum in forma ana propterea rejiciunt, quòd Mundus ſit tundus, reſpondet.

Nec verò ſolùm ad polos demonſtran-os, nautico uſui ſuam præſtat opem ferreus elus in pyxide: ſed ferè ad infinita. Maxi- cognitus eſt uſus Magnetis in ferreis o-lis, in ſciathericis horologiis. nam eis ieſcentibus, ſtratam lineam oſtendit ilicò Septentrione ad Auſtrum: unde à Gno-one cadentes umbræ diurnas horas de-onſtrabunt. Utuntur & magnetino indice etallici in venarum extenſionibus. Nam bterraneis in ſpecubus, in quo ſitu index, i magnetem tetigerit, ſteterit, ab ea cœli rte extendi metallorũ venas cognoſcunt. æterea iis, qui ædificiorũ ichnographias, ò Urbium, imò Regionum deſcribunt, tificum miniſtrant uſum, dum ſitus an-li capiuntur, & in papyrum transferun-r. Utimur præterea in aquis ducendis, in uæductibus, qui ſub terra excavantur; in tris perforandis: in excavandis cuniculis, que his immiſſis tormentarii pulveris cu-lis, & obſtructis ſpiramentis, ad exci-ndas ab imo arces, rupes & mœnia, iter

*Alii pyxidis uſus.*

oſtendente pyxide. Sed & duarum pyxid
nauticarum operâ, quæ quidem Alphab
circumſcriptæ ſint, amico longè abſenti,
jam carceribus occluſo, poteris incumb
tia nunciare. &, ut amplius dicam, pend
ex Magnete principia motus, & alia mira
liora: de quibus videatur Joh. Baptiſta P
ta *lib. 7. Magiæ Naturalis*. Tanta igitur cùm
Magnetis præſtantia: nequaquam err
putandus erit Bodinus, qui in tota rer
natura nihil eo eſſe admirabilius, & uſum
jus planè divinum dixit. *in Methodo hiſ*
*cap. 7.* cujus rei exactam rationem Mag
ille Scaliger aliam non reddit, quàm ſe neſ
re. Nos enim in luce rerum tenui calig
in mediocri cœcutire, in majore cœcos e
in maxima inſanire. *Exercitat. 131. ad Car*
*num.* Nicander, & ex eo Plinius, appellat
autumant Magnetem ab inventore Mag
te, armentario in Ida. Inveniſſe autem
tur clavis crepidarum & baculi cuſpide h
rentibus, cùm armenta paſceret. *Plinius*
*36. cap. 16.* Hinc navigia Indis ac Æthio
bus nec pice lita dicuntur, nec compa
ferro, ſed laqueis arctata. Cauſſam f
augurantur nonnulli; quia inſint in eo
ri ferrum ad ſe pertrahentes petræ. Id h
videtur verum: quoniam Romanorum
ſil

*Magnetis uſus divinus.*

*ejus inventio.*

bus illic res gerentibus, nil obvenit ejuſmodi. Potior ratio eſt, quæ de metalli prolitur inopia. Sed nec aliunde invehi licet, quando ne fiat, morte caveri traditur à Cœlio Rhodigino *lib. 18. Antiquar. lect. cap. 31. in*, reſpiciente fortaſſis ad Marciani Imperatoris Conſtitutionem, qua capitalem pœnam, bonis etiam Fiſco addictis, ſubire decernitur, qui nedum cujusque generis arma, ſed & ferri vel facti jam, vel adhuc infecti quippiam hoſtibus auſus fuerit venundare. Perniciosum namque Romano Imperio, & proditioni proximum eſt (inquit) Barbaros, quos indigere convenit, telis, ut validiores fiant, inſtruere. *l. 2. C. quæ res export. non deb.* Ideoque nec animalia ad hoſtes licet traducere, quamvis Alabarchiæ vectigal, quod pro transductione pecorum alioquin inferri ſolet, fuerit remiſſum. *l. uſurpationem. 9. C. de vectigal. Jacob. Cujacius libro octavo Obſervationum, cap. 37.* & nec vinum, oleum, aut liquamen, ne guſtus quidem cauſâ eò transferre. *per tex. in l. 1. C. quæ res export. non deb.* ne ejusmodi liquoris guſtu admoniti Barbari arma in eos vertant; ideoque eas regiones armis invadere ſtudeant, unde ſibi id liquaminis comparare poſſint. Sic enim Longobardos legimus à Narſete in

*Arma, merces & annona ad hoſtes non exportanda.*

*Alabarchia.*

Italiam pellectos, & Gallos ab Hetruſcis, ex Livio *lib.5.* Andr. Alciatus probè obſ-vavit *lib.4. Diſpunction. cap.11.*

*Navigantiū pericula.* Memini me de Navigationis peric- aliquid dixiſſe *lib.1. Tit. de Navib. Trirem Quadrirem. fol. 247.248.* quibus addendum mninò eſt, quod *Sapientiæ 14. verſ.5.* dicit Navigātes exiguo ligno animas ſuas cred- Quod ipſum in memoriam mihi revoca-

*Anacharſis.* lud Anacharſis: qui, dum interrogaſſet q- dam, quanta eſſet ſpiſſitudo tabularum n- ticarum : atque is, quatuor digitorum, ſpondiſſet: Tantillum, inquit, abſunt à m- te, qui navigant. Id pulcherrimis verſibus preſſit Juvenalis *Satyr.12.*

*I nunc, & ventis animam committe,*
*Confiſus ligno digitis à morte remotus*
*Quattuor, aut ſeptem, ſi ſit latiſſima*

Idem itaq; Anacharſis roganti, Utrùm res arbitraretur eſſe Mortuos, an vivos vigantes, & ipſe quærendo reſpondit, in numero ponis? dubitans nimirum inter vivos eſſent habendi, qui vitam rum ac ventorum arbitrio commiſiſſent eſt apud Plutarchum *in Apophthegm.*

*Cato.* Cato Cenſorius dicere conſuevit, Tr

uæ in vita egiſſet, ſe inprimis pœnitere: uòd arcana fœminæ credidiſſet: ſi quis ſibi ies abſq; fructu effluxiſſet: ſi quopiam naigio vectus eſſet, quò pedeſtri itinere perenire licuiſſet, ſentiens periculoſam admoum eſſe Navigationem. Cui qui ſe commit, & mare turgidum tentavit, nullum mors quantumvis immanem impetum videur reformidare,

*Et propè tam lethum, quàm propè cernit aquam,*

t canebat Ovidius. Id Navigantium peculum ſignificantiùs etiam expreſſurus egius propheta David: Aſcendunt, inquit, ſque ad cœlos, & deſcendunt usque ad a- " yſſos; anima eorum in malis tabeſcit. Tur- " ati ſunt, & moti ſunt, ſicut Ebrius: & omnis " pientia eorum devorata eſt. *Pſalm. 107. verſ.* .27. ut meritò, qui per mare iturus eſt, in ortis periculo dicatur conſtitutus. quod men, quoad juris effectum, ex iis interetationem capit, quæ tradidit Jac. Menoius *de Arbitrar. Judic. libro ſecundo, caſu 61.* urimum namque refert, quo tempore ſuspta ſit navigatio, Utrùm cùm aperta, an rò clauſa adhuc eſſent maria. Quod ipſum

*Davides.*

*Navigationis tempora*

ex Vegetio, de Menſibus loquente, qu
bus tutius navigatur, liquidò cognoſcitu
*Mare clauſum.* *libro 4.* Ex die (inquit) tertia Iduum N
vembr. usque ad diem ſextum Iduum Ma
tii, maria clauduntur. Nam lux minim
noxque prolixa, nubium denſitas, aëris o
ſcuritas; ventorum, imbrium, vel nivium g
minata ſævitia, non ſolùm claſſes à pelag
ſed etiam commeantes à terreſtri itinere
turbat. Poſt natalem verò, ut ita dican
navigationis, qui ſolenni certamine pub
coque ſpectaculo multorum gentium ce
bratur, plurimorum ſiderum, ipſiusque tem
poris ratione usque in Idus Majas pericul
sè maria tentantur. Ex quibus verbis col
ctu facile eſt, quamdiu maria dicantur cla
ſa. Rurſus aperta ea voluit Gratianus cu
*apertum.* Valent. & Theodoſio à KL. Aprilis, usque
diem KL. Octobris: tutam enim habit
iri, quæ intra id tempus ſuſcepta fuerit N
vigatio, ſatis innuit tex. *in l. quoties. 3.*
*Natalis navigationis.* *Naufrag. libro undecimo.* Qua in re obſe
vandum eſt, *Navigationis natalem* Vege
intelligi tempus Vernum, quo Mare, qu
ob hyemis ſævitiam clauſum fuerit, na
*Navigatio prima quæ dicatur.* gantibus primùm aperiebatur. quo tem
pore quæ inſtituebatur, prima dicebat
Navigatio. Docet id Cicero *libro ſecu*

.6.ad Q. *Fratrem*, his verbis: Iidem aje- nt, nunciare te *prima Navigatione* trans- iſſurum. Nam paulò antè dixerat: atque huc *clauſum* mare ſcio fuiſſe. Item *Ep.4.* umi frater, ſimul ac ille venerit, *primam* *vigationem*, dummodò idonea tempeſtas , ne omiſeris. Licet id verbi aliter etiam oſſit accipi, ut Turnebus tradidit *lib.24. Ad- rſar. cap.34.*

Utilis verò cumprimis erit illa Tem- oris diſtinctio, in condemnando vel abſol- ndo Nautâ pro mercibus ſubmerſis & aufragis. Nam ſi pelago merces is com- iſerit, congruo navigationis tempore; cul- am commiſiſſe non intelligitur, licet mer- es cum navi perierint. *l. utique. 16. ff. de rei vin- c.* ſecus ſi tempore adverſo (hoc eſt, non ebito) navigatum iverit, & res naufragio eremta ſit: tenebitur mercatoribus ex amiſ- one, non ſecus ac ſi imperitum magiſtrum avis exercitio præpoſuiſſet. *d. l. 3. & d. l. utiq.* *in fi. l. qui petitorio. 36. in fi. ff. de rei vindicat. l.* *em quæritur. 13.* ibi, vel quo non debuit tem- ore. *& § ſeq. ff. Locati.*

*Nauta quãdo de mercibus ſubmerſis cõveniatur.* 2

Quòd ſi quis tamen vel Naufragum, vel aufragium dolo malo ſuppreſſerit, pœnam egis Corneliæ incurret. *l. ejuſdem. 3. §. item ff. ad leg. Corn. de ſicar.* Eſt autem *Naufragum*

*Pœna ſuppr[i]mentis nau[fra]fragum.*

ſupprimere (ita enim, & non *Naufragium* legit Budæus) hominem è naufragio errabundum arripere, & in vinculis habere, aut in ergaſtulo concludere ad opus faciendum. Id genus hodiè ſceleris & plagii à Archipiratis perpetratur: qui homines incautos, in maritimis locis comprehenſos, in triremes rapiunt, & ad ſcalmum alligant, ut ſub flagellis remigent. Per *Naufragu* autem (quod verbi in omnibus ferè ita legitur exemplaribus) ſuppreſſores intelliguntur, qui naufragio ejectas res occultant. Quibus etiam mortis pœna olim inferebatur: cùm non mediocre flagitium audeat, imò peſſimus ſit & ſacrilegus, qui ſe ejusmodi lucro mancipat, atque illos rebus ſuis defraudat, quibus aliquis miſericordiâ motus, vel de ſuo ſumtus ſuppeditet, quemque in corde circumferunt dolorem, leniat; quum prælertim graves cruciatus in bonorum amiſſione ſuſtineri, conſentaneum ſit. Quia tamen æquum non eſt, pro re materiali & fluxa, materiæ expertem & immortalem, animam nempe capere; Leo Imp. capitali pœna ſublata, occultatorem pro re detenta quadruplum dependere ſancivit. *Novell. conſt. 64.*

*Naufragii ſuppreſſio.*

*Naufragi ſubitò enecant.*

Facit etiam Naufragii, quam ob oculos verſantem Mortis imaginem rectè dixeris,

periculum, ut compertum ſit aliquoties, ...s quicxillo præter ſpem ſalvi enatârunt, ...pemè canos evaſiſſe. Hinc Artemidorus ...ſomniorum interpretatione, Raſuræ ſo-...nium ait Navigantibus naufragium; Æ-...otis, extremum vitæ diſcrimen, citra tamē ...ortem portendere: eò quòd Naufragi, & ...iuturno morbo ſe colligentes, radi con-...veuint; ut raſurâ periculi magnitudinem ...teſtatam faciant. *Joh. Pierius lib. 32. Hiero-...ph.* Indubitatum verò eſt, nulla re citius ...omoveri canitiem, quàm curis, mœrore, & ...tu. Commemorantur enim nonnulli, qui ...præruptas rupes aucupii gratiâ, funis ope ...vaſerant, ſoluto eo aut delapſo, deſpera-...ndos præproperam canitiem accerſiviſſe. ...cindigna memoratu eſt hiſtoria, quam ſi-...olim à Franciſco Dilpho, Cæſareæ Maje-...tis ad Sereniſſimum Angliæ Regem tum ...nporis Oratore narratam ſcribit Hadria-...s Junius *in tract. de Coma, cap. 10.* Ea ſic ha-...: Hiſpanus nomine Didacus ſive Diegus ...orius, nobiliſſima familia ortus, aulicę pu-...ę amore captus, communicato priùs cum ...onſilio, in patula arbore & frondoſa abs-...derat ſe (ea creſcebat in Hiſpaniis intra ...ii horti ſepta.) Interim fortuito catelli ...itæi latratu prodita colloquii fides, Satel-

litum manui illum objecit. Comprehenſ[u]
carceriq; inclusus, quòd capitale fucrat ill[i]
deprehendi, dictatâ ultimâ ſententiâ ita i[n]
horruit totus, ut Nox unica Juvenē eunde[m]
& Senem incanum viderit. Quo ſpectacu[lo]
motus Carcerarius, delato ad Ferrandum r[e]
gem Catholicum prodigioſæ rei indicio, e[f]
fecit, ut, capitalis legis rigore in benignita[tem]
converſo, Rex illum abſolverit, dictitans p[œ]
narum ſatis dediſſe, qui præmaturâ ſeneã[u]
tem cum Juventæ flore commutaſſet. Sim[i]
lem hiſtoriam, quantum quidem ad inſper[a]
tam Caniticm, audivi à quodam fide digni[ſ]
ſimo: qui mihi pro certo adfirmabat, que[n]
dam fabrum in Haſſia, cùm nocturno itin[e]
re à Cacodæmone ſæviſſimè habitus eſſet, [ad]
auroram usq;, una nocte caniciem ſpectab[i]
lem contraxiſſe metu.

*Navigantes cur nauſeent.* Verùm ad Navigantes redeo: quib[us]
cùm ille ipſe quem dixi Timor, tum etia[m]
Odoratus inprimis nauſeam quoque conc[i]
tare ſolet. Odorem enim inſuetum gravit[er]
ſentimus: deque futuro ampliùs ſolicitiſſ[i]
mus, præſenti haud ſatis fidentes tranqui[l]
litati. Proinde æſtuans animus ac fluct[u]
ans, corpus ſimul concitat ac replet pertu[r]
batione. Propterea *primo Canonis* Avice[n]
na: Mari (inquit) commeantibus plerum[que]

acc

-idit vertigo & corporis devolutio inſi-
ul, ſed & vomitus, faſtidiente ſtomacho:
ox tamen reſident omnia. Cæterùm e-
ſmodi vomitum haudquaquam retun-
ndum ſubſtringendúmve, Medicæ ſcien-
decretum eſt, quoniam adverſus ægritu-
nes multas præmunitio ſit. quod ex Medi-
rum diſciplina tradidit Cœl. Rhodiginus
.26. cap. 13. Ex cujus inſuper *lib. 27. cap. 17.*
dicimus, Naufragos, vel in aqua pereuntes,
imò quidem ima petere; mox ubi compu-
ſcere cœperint, emergere ac fluitare. Ta-
ſcens quidem cadaver ſpiritoſum fit; aër
rò præfarctis poris ac meatibus, nec non
lmonis cavitatib', quæ βρόγχια dicũtur, le-
ſſimum illud efficit, adeò ut ſupernatare va-
t. Proinde mandatum literis eſt, quendam
mari graſſantem, cùm id ſciret, conſueviſ-
eorum, quos enecaſſet, pulmonem conci-
re, atque ita demum in aquam projicere.
uòd ita affectos comperiſſet non emerge-
. Quibus & hoc addo, ſi quando naufraga
functorum cadavera fluctibus evehun-
r; fœminarum prona fluitare; virorum
pina: velut ipsâ Naturâ pudoris diſcipli-
m inter defunctorum corpora diſcernen-
. quod ex Plinio *lib. 7. cap. 17.* & Solino *cap.*
Annæus Robertus Aurelius ſcriptum reli-

*In aqua pereuntes primò ima petunt, poſteà emergunt.*

*Fœminæ cadaver pronū fluitat, viri ſupinum.*

quit, Magnam quidem eſſe docens apu[illegible] mnes caſtitatis commendationem: pud[illegible] tamen & continentiã in mulieribus & p[illegible] lis multò potiùs, quàm in viris requiri. *[illegible] Rerum judicatar. cap. 6.* Nec abs re fueri[illegible]

*Natatoria.* veluti coronidis loco & de *Natatoria* ſive[illegible] tandi arte pauca adjecero: quæ vel Ariſto[illegible] lis arbitrio Veteribus adeò utilis fuit hab[illegible] ut eâ Juvenes ſuos robuſtiores fore credi[illegible] rint, ad graviores quosq; labores perfer[illegible] dos. Quinimò probri loco ejus ponеb[illegible] inſcitia. Sic enim in liberos deploratos h[illegible] bat proverbiũ: *Neq; natare, neq; literas di[illegible]*

*Iul. Cæſar.* Et quidem ſi Julius Cæſar natandi fui[illegible] imperitus; neque vitam, neque Commen[illegible] rios ſuos ſalvos unquam conſervaſſet: d[illegible] in mare præcipitem ſe dare coactus, & n[illegible] do ultra ducentos paſſus conficere: ut in[illegible] vim propinquam ſe reciperet, & à nimis [illegible] itaneo ac improviſo hoſtium incurſu ſei[illegible]

*Q. Sertorius.* lexandria defenderet. Taceo Q. Sertori[illegible]

*M. Scævola.* & M. Scævolam: quorum uterq; ſola b[illegible] natandi arte, & quidem armis induti, h[illegible] ſtium impreſſionem evaſerunt. Apud A[illegible]

*Agrigentini.* gentinos certè, qui ſuo tempore omnes[illegible] deliciarum cultu & ſumtuum profuſion[illegible] ſuperabant, ut non dubitaverit Plato de[illegible] ſcribere: *Perinde Agrigentinos ædificare, a[illegible]*

*ri perpetuò forent; itemq; convivari. ac ſi ſemper moriturì*: iidem, inquam, Agrigentini in ho-rem *Gelonis* ædificari curabant magnis im-nſis & ſumtibus *Natatoriam*: cujus ambi-s ſeptem ſtadia continebat: profunditas rò erat viginti cubitorum. In quam deri-tæ multæ aquæ fluviatiles, & rivuli fontani, aquam vividiorem reddendam, decurre-nt. Cygnorum præterea copia, & varia ſcium genera adſpectu pulchriorem & a-œniorem reddebant locum: ita ut *Natato-*illa inter miracula mundi eo tempore re-a fuerit. Sed, ut nihil in hoc Univerſo eſt rpetuum, tandem & illa quoq; diu negle-a computruit & collapſa eſt. ut ex Athenæo *lib.12. cap.2* & Diodoro *lib.11. cap.1.* Joh. Quer-tanus retulit in ſuo Diætetico Polyhiſto-*ro, Section. 2. cap.11.*

## DE TYPOGRAPHIA.

### Tit. XII.

*NOtatu quoque digna eſt Typogra-phiæ inventio: quæ in Germania reperta fuit anno 1440. Et inva-it opinio, quendam per Mare Germani-um & Balthicum navigantem, in Regio-* Typographiæ inventio.

*nem Chinenſium, qui olim Seres diceb*
*tur, fuiſſe delatum: eundemq́ʒ, cui Luſ*
*ni cum celocibus ſuis ſe adjunxerant, a*
*madvertiſſe, imprimendi artem ibi ex*
*ceri. Viſis itaqʒ & probè conſideratis*
*ac formis illis, in Germaniam reverſ*
*ſimilem Chalcographiam concinnaſſe.*
ejus utilitas. *maximo nobis hodiè & adjumento eſt*
*lucro: quandoquidem olim omnia nec*
*eſſet calamo deſcriberentur. quem in uſ*
*multæ conſtitutæ erant tabernæ, in qui*
*nihil agebatur aliud, quàm ut ſcriberet*
*Id quod multi laboris erat & ſumtuum*
*præſertim, qui libros ſibi comparabat.*
*paginas aliquot vidi Chinæ impreſſas.*
*memoriæ proditum non eſt, unquam*
*Typographiam exſtitiſſe.*

## NOTAE ſive COMMEN-TARII.

*Typographia cõmendatio.* Quod de Papyro & Charta ſcripſit Pli
ejus uſu maximè humanitatem vi
ſtare & memoriam, *lib. 13. cap. 11.* id no
nùs verè de Typographia quoque uſurp

s,quam miram typis excudendorum libro-
um artem, nulli nec utilitate, nec dignitate,
ec ſubtilitate ſecundam Cardanus dixit, *lib.*
*de artibus artificioſisq; reb.* & quam unam cũ
mnibus omnium Veterum inventis certa-
facilè poſſe, Joh. Bodinus cenſuit *in Metho*
*hiſtor. cap. 7.* quinimò ſi Stephano Forca-
lo credimus, non dubium eſt, ſuperatam
erum naturæ ferè munificentiam, excogi-
ta librorum excudendorum ratione: cujus
ventum, ſi verum fatemur, nullo vitæ mi-
culo poſtponendũ, ne novem quidem Mu-
æquabunt, licet cuilibet ſuæ artis diſcipli-
vé inſtitutionẽ Veteres aſſignaverint. *For-*
*lib. 4. de Imp. & Philoſ. Gallor.* [redacted]. Effe-
m etiam hac induſtria eſt, ut, qui ſemel in

lucem prodierunt libri, nõ poſſint deinc
oblivione poſteritatis prorſus exſtingui.
non deſint, qui artem hanc omnium arti
conſervatricem dicăt, Sibyllino carmine
olim prædictam, in quo vates illa Antic
ſtum lino periturum cecinit: dignam mel
culè, cui non minùs, imò verò magis et
parcatur, quàm Protogenis tabulæ: quam
cremaret Demetrius Rex, *Expugnator* cog
minatus, ab ea muri parte locatam, qua ex
lens pictura nimis patebat obſidionis v
lentiæ, Rhodum incendere noluit. *Plin.*
*lib. 7. cap. 38.* Omninò ſi præclarum eſt & l
dabile, egregia aliorum inventa ingeniis,
[redacted] & vigiliis parta ad poſteros tr
[redacted]
ves cùm [redacted]
eſſent labores, niſi ſperarent, eos Chalco

P

hiæ beneficio im mortalitati conſecratos, i-
ſâ etiá vitâ longè fore diuturniores. Quòd
clariſſim. inventorum ſolertia divinitatem
lim quibusdam Mortalibus, communi gen-
um conſenſione conciliavit: quia perſuaſę,
ucem vitæ animum cœlitus defluxiſſe, & ab
aliquid eximium ad communem homi-
um ſocietatem inductum contemplatæ,
ęſtantis alicujus in inveniendo induſtriam
curam ſtupentes venerabantur, ipſumque
torem vel Deum, vel Dei (cujus id præci-
uum eſt, juvare mortales) internuncium
ebantur ac prædicabant: cujus multa ex-
nt exempla apud Joh. Langium *lib. 2. Epiſt.*
quo honoris titulo dignos cēſebis, Lector,
ermanos noſtros? quorum ſagacitate & Typographiæ inventio,
ertia inventum eſt anno 40. ſupra mille
quadringentos, artificium hoc Typogra-
icum imprimendi libros characteribus ex
tallo nigri cinereiq; plumbi, æris, & ſtibii
nflatis; Moguntiâ primos excudente, ope-
*Joh. Gutembergii*, ut quidē Polydorus Ver-
ius *lib. 2. de Rer. inventor. cap. 7.* Palmerius
*Chronicis*, Melchior Guilandinus *in tract. de*
*pro, mēbro 26.* & Chaſſenæus in Catalogo
riæ Mundi, *parte 11. conſider. 39.* eū nominăt;
tà Petro Ramo *lib. 2. Scholar. Mathemat.*
h. Fuſt appelletur. Cui adſtipulatur exem-

plar Officiorũ Ciceronis in membrana M
guntiæ primò, ut putatur, impreſſorum. I
Bibliotheca Auguſtana adſervatum han
fine continet inſcriptionem: *Preſens M. T*
*lii clariſſimum opus Joh. Fuſt, Moguntinus ci*
*non atramento, plumali canna, neq; area; ſed*
*quadam perpulchra, manu Petri de Gernſh*
*pueri mei feliciter effeci. Finitum anno 1466. di*
*Menſis Feb.* Quòd ſi primũ hoc impreſſ
artis opus fuit: neceſſum eſt, ante id temp
artem hanc potiùs tentatam, quàm in effe
deductam fuiſſe; ſive idem cum Fuſtio G
tembergius, ſive diverſus ab eo fuerit. C
in Purbachii tabulis Ars ea ſaltẽ tentata
pellatur. Utut ſit: Germanis invention
hanc unanimi omniũ conſenſu ſemper at
butã eſſe, conſtat, paucos quoſdam excip
qui ſola ſtimulati invidia, ut Genti no
laudem hanc irent ereptum, nihil fecer
reliqui; non diſſimiles Gryphis Indicis,
ut Cteſias ſcribit, aurum jugiter effodiun
lo nunquam uſuri, & tamen Bactros, ali
homines Indis finitimos ſtudiosè ab aur
cent, ut eſt apud Ælianum *lib. 4. de hiſtor.*
*mal. cap. 27.* Sic cùm iſti laudem hanc vind
re ſibi non audeant, nobis invidendo d
hunt; inſtar meretriculæ illius, quæ nec
nec collitiganti mulieri ſalvũ volebat e

*Gryphi Indici.*

um.3.*Regum.3.* Sed quid dicant videamus. ...it ergo Joh. Petrus Maffeius *hiſtor. Indicar. l.6.fol.256.* Chinenſes literas imaginesq́; ſub... ...ctis prælo typis excudere, (quibus cōmen... ...s Europa recentibus adeò gloriatur) vetu... ...iſſimo in uſu apud Chinas eſſe compertum ... *Garzias ab Horto* artem typographicam ...ttam vetuſtam, & ſemper apud Chinenſes ...urpatam eſſe, ut omnem hominum me... ...oriam ſuperet. *lib. 2. Aromat. apud Indos na... ...mt.cap.38.* Johannes Conſalvus Mendoza, ...tem iſtam unà cum ipſo regno Chinæ ha... ...iſſe principium, & inventam à quodam, ...em incolæ inſtar Numinis venerentur. ...em tamen *Mendoza* mendacii hujus ...parum memor, paucis interjectis lineis, ...ingentis plus minùs annis Impreſſoriam ...tem Chinenſibus ſcribit in uſu fuiſſe, ante... ...am à Germanis uſurpari cœperit. Quod ...ta eſt. Regnum utique Chinenſium, quos ...*ra* nominavit antiquitas, ultra ſexcentos ...nos non ita multum duraverit, contra o... ...nium hiſtoricorum fidem, quibus Seres ...er populos ſatis vetuſtos recenſentur: re... ...gante etiam Pancirollo noſtro, qui re... ...ate Juſtiniano, Serici vermiculi ova Con... ...ntinopolim allata fuiſſe ſcribit, *Tit. 24.* ... conſtat, Juſtinianum anno poſt Chri...

*Chinenſes Typographiā excoluerunt.*

ſtum natum quingenteſimo ſexageſi
quinto in humanis eſſe deſiiſſe. Longè er
antiquius ſexcentis annis Chinenſium
gnum ſit oportet. Sed ſuccenturiatus his
ſtipulatur Jovius, dum *lib. 14. Hiſtoriar.* Qu
maximè (ait) mirandum videtur, in In
ſunt Typographiæ artifices, qui libros
quibus hiſtoriæ & ſacrorum ceremoniæ
tinentur) more noſtro imprimant, quor
longiſſima folia introrſus quadrata ſeric
plicantur. Cujus generis volumen à R
Luſitaniæ cum Elephāto dono miſſum, L
Pontifex humaniter nobis oſtendit. Id
nus pagellas clariùs etiam deſcribit *Maff*
his verbis: Ad ſcribendum arctas & obl
gas adhibent è levi admodum ac tenui pa
ro pagellas: neq; verſus ab læva ad dext
ut Græci; neque ab dextra ad lævam, ut H
bræi; ſed ad imum ab ſummo perducunt.
jus generis impreſſum volumen, atque i
transmiſſum Romæ in Vaticano, itemque
Laurentiana Philippi Regis bibliotheca
dere me memini. Hæc ille. Quibus tan
quid aliud efficiunt, quàm etiam alibi, e
Europam, Typographiā fuiſſe in uſu? N
ergò Germanos hanc in Europa inven
negabunt? quod certè inde non cōſequit
neq; etiam hoc illis largior, qui ſciam
inc

ncommodi eſſe, rem unam eandemque, & Novam & Veterem cenſeri, relatione ad diverſos populos. Sic namq; lues Venerea in Europa, Aſia, Africa, vix centenaria eſſe cognoſcitur, quæ Americam jam à mille amplius annis exercet. Idem potuiſſe Typographiæ accidere, quid vetat? *Vetus* ergò hæc ſit, reſpectu ad Chinenſes habito: at *Nova* dicatur, quatenus à Gutembergio Moguntię ſit excogitata. Sed dices, Eam à Chinenſibus in Germaniam derivatam. Dicit herclè verè *Mendoza*, dicit & *Jovius*, per Scythas & Moſchos, ad incomparabile literarum præſidiũ, ad nos perveniſſe. At quibus argumentis? Mendoza ait, Chinenſes hoc affirmare: Jovius ſe facilè id credere. Quid ſi Chinenſes hoc affirmare non credam? nam ut ipſemet hos perconter, loci vetat diſtantia: neq; conſilium eſt, ut faciam. quid ſi nec quod tu credis, Jovi, credam? nec etiam tibi ipſi? cùm ſciam quàm dubia & ſuſpecta tua fides ſit. Audiamus Johannem Bodinum, graviſſimum auctorem. Cùm rogaretur Jovius (inquit Bodinus *in Methodo hiſtor. cap.4.*) cur ſimularet falſa, vera diſſimularet? amicorum gratiâ id à ſe factum reſpondit. Ac tametſi ſuperſtites intelligeret ſuis ſcriptis fidem derogaturos: tamẽ intelligebat infinitæ poſteritati cre-

*Typographia Vetus & Nova.*

*An à Chinenſibus ad Germanos propagata.*

*Iovii fides nõ hiſtorica.*

dibilia fore, quæ ſibi ſuisque popularib laudem eſſent allatura. Illud certè ad ſem piternam memoriam teſtatum reliquit G raeus Pariſienſis, qui, quas finxit *Amadiſi* bulas, non minùs veras ac probabiles, qu Jovii ſcripta fore confidit. Ferendum q dem eſſet, ſi pro ſalute Reipub. mentiret id quod Magiſtratibus Xenophon & Pla permiſerunt: ſed aſſentationis cauſſa men ri, cùm omnibus turpe, tùm verò hiſtori turpiſſimum, &c. De his igitur quid ſtatue dum ſit, æquus æſtimabit Lector. Illud rere magis, ipſum etiam Hadrianum Ju um Germanis Typographiæ invention non tantùm voluiſſe ereptum ire; ſed Moguntiacum inſuper Fauſtum illum, primus ejus auctor paſſim audit, pla manifeſtò inſimulaſſe, & recidivam h divinæ iſtius artis laudem Batavis ſuis, ex his civi cuidam Harlemenſi, ſummâ co fidentiâ adſerere non dubitâſſe, *in Bata hiſtoria, cap. 17.* Cujus verba quid vetat adſcribere? Habitavit (inquit) ante nos centum duodetriginta (ſcripſit au hanc hiſtoriam Junius anno 1575.) H lemi, ædibus ſatis ſplendidis foro immin tibus è regione Palatii Regalis, LAUR TIUS Johannes, cognomento *Æ*

*Hadr. Junius*

*Laurentius Æditumus.*

[?]ſtórve, (quod tunc opimum & honorifi-
[?]um munus familia eo nomine clara hære-
[?]itario jure poſſidebat.) Is fortè in ſuburba-
[?]o nemore ſpatiatus, cœpit faginos cortices
[p]rincipiò in literarum typos conformare:
[q]uibus inverſa ratione ſigillatim chartæ im-
[p]reſſis, verſiculum unum atque alterum ani-
[m]i gratiâ ducebat, nepotibus Generi ſui li-
[b]eris exemplum futurum. Quod ubi feliciter
[ſ]ucceſſerat, cœpit animo altiora agitare: pri-
[m]umq; omnium atramenti ſcriptorii genus
[g]lutinoſius tenaciusq;, quòd vulgare lituras
[tr]aheret experiretur, cum Genero ſuo *Thomæ*
[P]etro, qui quaternos liberos reliquit, omnes
[f]ermè Conſulari dignitate functos (quod eò
[?]dicere ait, ut artē in familia honeſta & in-
[g]enua, haud ſervili, natam intelligāt omnes)
[ex]cogitavit, inde etiam pinaces totas figura-
[ti]s additis characteribus expreſſit, quo in ge-
[n]ere vidiſſe ſe, ait, ab ipſo excuſa Adverſaria,
[o]perarum rudimentum, paginis ſolùm ad-
[v]erſis, haud opiſthographis. Is liber erat ver-
[n]aculo ſermone ab auctore conſcriptus ano-
[n]ymo, titulum preferens *Speculum noſtræ ſalu-*
[tis]. In quibus id obſervatum erat inter prima
[ar]tis incunabula, uti paginæ averſæ glutine
[c]ommiſſæ cohæreſcerent, ne illę ipſæ vacuæ
[d]eformitatem adferrent. Poſteà faginas for-

mas plumbeis mutavit: has deinceps ſtan
fecit, quò ſolidior minusq́; flexilis eſſet m
teria, durabiliorq́;. Faventibus, ut fit, inve
to novo ſtudiis hominum, quũ nova me
nunquam anteà viſa, emtores undique ex
ret cum uberrimo quæſtu; crevit ſimul ar
amor, crevit miniſterium: additi familia
perarum miniſtri, prima mali labes: quos i
ter *Johannes* quidam, ſive is (ut fert ſuſpici
*Joh. Fauſtus.* *Fauſtus* fuerit ominoſo cognomine, he
ſuo infidus & infauſtus, ſive alius eo nomi
Is ad operas excuſorias ſacramento dict
poſtquam artem jungendorum characte
fuſilium typorum peritiam, quæque alia c
ad rem ſpectant, percalluiſſe ſibi viſus eſt, c
ptato opportuno tempore, quo non pot
magis idoneum inveniri, ipſa nocte, q
Christi natalitiis ſolennis eſt, quâ cun
promiſcuè luſtralibus ſacris operari ſole
choragium omne typorum involat, inſtr
mentorum herilium ei artificio compara
rum ſupellectilem convaſat, deinde cu
fure domo ſe proripit, Amſterlodamu
principiò adit; inde Coloniam Agrippina
donec Magontiacum perventum eſt, ceu
aſyli aram. Ubi quaſi extra telorum jactu
poſitus turò degeret, ſuorumque furtor
apertâ officinâ fructum uberem mete

Nim

ſimirum ex ea, intra vertentis anni ſpa-
ium, ad annum à nato Chriſto 1442. iis i-
ſis typis, quibus Harlemi Laurentius fue-
tuſus, prodîſſe in lucem certum eſt Ale-
andri Galli doctrinale, quæ Grammatica
lebérrimo tunc in uſu erat; cum Petri Hi-
ani tractatibus, prima fœtura. Iſta ſunt fer-
e, quæ à ſenibus annoſis, fide dignis, & qui
adita de manu in manum quaſi ardentem
dam in decurſu acceperant, olim ſe intel-
xiſſe affirmat. Quicquid ſit; Germania
rtè nunquam ſibi hanc laudem patietur
torqueri; à grata poſteritate meritiſſimò
is Beroaldi celebranda verſibus:

*O Germania, muneris repertrix,*
*Quo nil utilius dedit vetuſtas,*
*Libros ſcribere quæ doces premendo!*

Ceterùm Typographiam adeò diligenter
eſcripſit Chriſtophorus Milæus, ut artem
lam quaſi oculis videatur ſubjicere, *libr. 2.*
*Hiſtor. Univerſitat. Rerum.* quibus adde, quod
e Atramento typico fictitio ſcripſit Forca-
ulus *lib. 4. de Imper. & Philoſoph. Gallor.* Id e-
im antiquos pictores indicaſſe ait, è reſina
uſta, propter quod etiam officinas ædifi-
arunt fumum non emittentes, ut fuligo ex-

***Atramentum typographicum.***

petita retineatur, referente Plinio *libr.35.ca*
*6*. Reſinam autem de pinu & picea arbo
ſtillatam peti ſueviſſe, & ex ea quoq; conf
ſcribentium atramentum, Dioſcorides d
cuit *lib.1.cap.77*. Quare fit, ait Forcatulus,
vulnera facta pinui, & ejus hilares lachrym
ſalubriores & precioſiores mortalium gen
ri exiſtimem, quàm Myrrhæ Arabicæ ſucc
ad oculorum præcipuè caliginem discutie
dam mulgeri ſolitum. Nam & ignorant
tenebras plusquàm Cimmerias, & longè t
triores nigra Reſinæ fuligo propulſavit,
candorem lucemque admirabilem repoſu
Utinam verò, inquit Melanchthon, tan
Dei munere grati uteremur, non ad obſcu
randam, ſed illuſtrandam Dei gloriam; no
ad disjungendas, ſed copulandas Eccleſia
Quo voto veluti colophonem capiti hu
impono.

# DE CHARTA.

## TIT. XIII.

*Hartæ etiam inventum ſatis c*
*utile. Anteà enim majori cu*
*ſumtu ſcribebatur. Atque ut*

*e paulò agam pluribus, dico, in palma-* *m foliis primò ſcriptitatum fuiſſe, ut* *linius refert* lib. 13. cap. *11. & Virgilius* *b. 3. innuit; ita de Sibylla canens:*

Scriptum in foliis.

Inſanâ vatem adſpicies, quæ rupe ſub ima
Fata canit, foliiſque notas, & carmina mandat.
Quæcunque in foliis deſcripſit nomina virgo,
Dig rit in numerum, atque antro ſeclu-ſa relinquit.
Illa manent immota locis, neque ab ordine cedunt.

*ndeq; eſt, quòd etiamnum* folium Char- *æ ſcriptum dicamus, etiamſi in palmæ fo-* *lio non ſcribatur. Poſteà ſcribi cæptum in* *enuioribus arborum philyris, quæ inter* *pſam corticem & arboris lignum ſunt, &* *Latinis* Libri *dicuntur. Hinc uſus ob-* *inuit, ut in quacunque materia ſcriptum* *it, Libri tamen nomen retineatur. Sed* *ùm materia hæc fragilis eſſet, publica mo-* *umenta in plumbeis voluminibus, mox* *& privata linteis confici cæpta: tandem* *& in ceris ſcribendi modus inventus.*

In arborum philyris.

in plumbo. in linteis. in ceris.

*Sumebantur tabellæ ſubtiles,in quas c*
*protendebatur: poſteà cum ſtylo ferreo*
*teræ in ceram inſigebantur. Sic evenit*
*modus ſcribendi,*Stylus *nominaretur.*
*bulæ iſtæ apud Latinos varia ſortitæ ſ*
*runt nomina. Nam &* Pugillares *di*
Pugillares. *bantur, à pungendo; &* tabulæ, *&* co
cilli cerati: *ſicuti eas Ꝛ Conſultus appel*
in l. librorum. 52. in princip. ff. de leg
3. *Codicem autem nominabant lignu*
*Idq́ etiam ante bellum Trojanum fuit*
*ſervatum. Nam ut Homerus* lib. 6. *Ili*
*ſcriptum reliquit, Prætus Bellerophon*
*codicillos dedit, aliò deferendos. Non*
*tur video, qua fronte Joſephus edito c*
*tra Appionem grammaticum libro, au*
*fuerit ſcribere, Homeri ætate nondum*
*jam repertas fuiſſe literas. Fundata p*
*ab Alexandro Magno nobili illa civit*
Papyrus. *Alexandriâ,*papyrus,*quæ veluti jun*
*quidam eſt, in paluſtribus Ægypti, & q*
*eſcentibus Nili undis, fuit inventa. J*
*cum enim illum, filis quibusdam acu*
*tractis, in ſubtiles philyras dividebant*
Charta. *quas* Chartam *ab urbe Tyri, cui Char*
*nom*

*men,& quamprope juncus ille repertus*
*t,nuncupárunt. Ideoq́, cùm apud Lati-*
*ſcriptores Chartæ nomen legitur, de*
*yro intelligitur. Id quod Ulpianus cla-*
*demonſtrat* in d.l.librorum.52.§.char-
*dum ait: Chartis legatis papyrum ad*
*rtas paratam nō contineri.Sed & cùm*
*lemæus Philadelphus inſignem biblio-* Eumenis & Ptolemæi æmulatio.
*ecam,in qua ingens librorum numerus*
*millia fermè voluminum ſeptingenta*
*beretur,inſtitueret,ut ait Paulus Oroſi-*
lib.6 cap.15. *Eumenes verò æmulatione*
*ctus, aliam, qua eum ſuperare conaba-*
*, inſtauraret: evenit, ut Ptolemæus id*
*iſcens prohiberet, ne papyrum ex ter-*
*orio ſuo exportaretur,atque ut hoc mo-*
*facultas Eumeni præciſa eſſet, Charta*
*de confecta,libros conſcribendi. Verùm*
*menes id intelligens, Pergami alium*
*ficiendæ chartæ modum invenit. Ex-*
*tatis enim animalibus,è mēbranis pelli*
*ximis,chartam ſcriptioni aptam fecit.*
*a* Membrana,*à tectu membrorum ani-* Membrana
*lium,vel quòd corium aut pellem Lati-*
*Membranam dicunt, fuit nuncupata:*

Pergamena.

*uti &* Pergamena, *ab urbe Pergamo* *qua primũ fuit reperta, teſte* Plinio lib c.11. *Joſephus tamen* lib. 12. Antiquit. daicar. *authoreſt, Eleazarũ principem cerdotũ Biblia in ſubtiliſsimis membr conſcripta, cum LXXII. Interpretibu Philadelphum Ptolemæum modò nomi tum miſiſſe. Quod ſi ita eſt: dicamus o tet, Membranam etiam ante Eumenem pertam fuiſſe illam quidem; ſed Eume magnam illius copiam præparari cur & per Aſiam ac Græciam divulgaſſe eoq; Auctorem ejus fuiſſe laudatum. C in Italiam veniſſent Longobardi, è t lis raſis ſubtiliſsimas fecerũt Schedas egomet ſæpius vidi & legi, quanquam L gobardicis literis conſignatas. Deniq*

Papyrus ex linteolis.

*cogitatum fuit, ex linteolis contritis quâ maceratis Chartam conficere, in magna cujusvis cum commoditate ſcr retur. Et huic quidem priſtinum p nomen remanſit: licet papyrus pr Charta dicatur. Atq; ita breviter ſtoricè materia ſcripturæ concinnan pta & idonea, eſt deſcripta.*

N

## NOTÆ ſive COMMENTARII.

Teſtis eſt rerum magiſtra experientia, ve- ſſimum eſſe, quod Pancirollus prodidit, in- talia vel hoc quoque nomine Chartæ in- ntum eſſe cumprimis utile, quòd majori im cum ſumtu ſcribebatur, quàm hodie. am ſcriptoris unius libri pluris olim veni- ſolebant, quàm hodie tota propè Biblio- eca: quandoquidem à quatuor hominibus ntum librorũ æreis typis excudatur, quã- n vix decem alii, quãtumvis expediti ſcri- pres, integro anno exarare calamo potue- t. Sic evenit, ut imminuto laborioſæ & turnæ ſcripturæ precio, etiam privatus libet non minùs abundanter ſeſe jam vili unia libris poſſit inſtruere, quàm tum ximis ſumtibus Reſpublicæ & Principes potuiſſent comparare. Quod autem ait ncirollus, *In palmarum foliis primò ſcripti- m fuiſſe*: illectus ad id fuit vulgatâ Plinii ione *libr. 13. cap. 11.* ubi tamen pro *palma-* foliis legendum eſſe *Malvarum foliis*, ex ilandino docuimus *lib. 1. tit. de Habitu Im- tor. fol. 397. 398.* Cæteroquin in foliis ſtir- n ſcripſiſſe antiquos, teſtatur etiam Vir- us:

*Librorũ hodie comparãdorum commoditas.*

*Nõ in palmarum, ſed malvarum foliis ſcriptum.*

*1. in foliis ſcriptum.*

*——foliis ne tantùm carmina manda,*
*Ne turbata volent rapidis ludibria venti*

Et Juvenalis *Satyra 8.*

*Credite, me vobis folium recitare Sibyllæ.*

*Indorum ſcribendi ratio.*

Et hunc quidem ſcribendi morem ab i etiamnum Indis ſervari affirmat Hieron Oſorius *libr. 2. de rebus Emmanuelis Luſit regis.* In ſcribendo, inquit, neque ch ta utuntur, neque papyro; ſed ſtylo, in liis arborum ſylveſtrium, quas propter n nullam ſimilitudinem Palmas appellant pſas verò palmas in India non pullul oſtendi *ad Tit. 1. hujus libri, fol. 120.*) literis arant. Multorum verò ſeculorum me riam, libris ad hunc modum factis diut mè conſervant. Multa ejuſmodi foli præcidunt, ut omnia longitudine paria in quibus annales & res hiſtoriâ dignas ris mandant. Foliorum verò extremit perforant: iis autem compingendis du gna complanata, & ad eum modum p rata conjungunt. Tum foliis ordine c poſitis, & lignis intrinſecus adjectis, u que per foramina funiculos immittunt omnia complicant, & arctè devinciunt quod, poſt ita compactum volumen, f

c

ulorum utrinque ſuperfluit, circa illud in-
olvunt, & illud nodis adſtringunt. Quo-
ies autem legere volunt, nodos laxant, &
olia rurſus explicant, &c. Ex iſta verò in fo-
iis ſcribendi ratione uſus obtinuit, ut Char-
æ ſive pagellæ librorum, *folia* nominentur,
ad hunc usque diem. Poſteà ſcribi cœptum,
ut ex Plinio *lib.13. cap. 11.* auctor noſter, in
tenuioribus arborum philyrís ſive libris,
qui pars corticis ſunt, ligno adhærens; ut
platani, fraxini, aceris, populi albæ, item fa-
gi & ulmi, &c. ut Alexand. ab Alexandro in-
terpretatur *lib.2. Genial. dier. cap. 30.* & obten-
tum eſt conſuetudine, ut quacunque mate-
ria ſcriptum eſſet, Libri tamen nomen reti-
neretur. Sic enim Dictys Cretenſis libros
in philyra fuiſſe, Q. Septimius prodidit, *in*
*epiſtola hiſtoriæ illi præpoſita.* Sic & Ulpianus,
librorum appellatione contineri ait volu-
mina, ſive in charta, ſive in membrana ſint,
ſive in quavis alia materia. Sed & ſi in phi-
lyra, aut in tilia, aut in quo alio corio, idem
erit dicendum, *l. librorum. 52. in princip. ff. de le-*
*g.3.* Quo loco animadvertendum primò
duo eſſe, Philyram & Tiliam: tametſi ar-
bor, quam Latini Tiliam dicunt, à Græcis
Philyra appelletur. Philyra igitur & Tilia
non ſolùm arborem ita dictam denotat,

*2. in philyris.*

*Philyra & Tilia differentia.*

verùm etiam ejuſdem arboris bracteas, h
eſt, tenuiores membranas inter lignum
extimum corticem latitantes. *Philyra* q
dem tenuiſſimi corticis nomen eſt: *Tilia*
rò aliquantò craſſioris, minusq; quàm p
lyra tenuis. Docet hoc Plinius de Tilia
bore ita ſcribens *libr.16.cap.14.* Inter co
cem & lignum tenues tunicæ multip
membranâ; è quibus vincula, Tiliæ voc
tur, tenuiſſimæ earum philyræ, coronar
lemniſcis celebres, antiquorumque ho
re. qua de re dictum à nobis eſt ſuprà *ad*
*2.fol.253.* Advertendum & illud eſt, per *li*
*in corio* Ulpianum non intelligere de terg
animalium factos, qui iidem ſunt cum m
braneis, ut mox dicetur: ſed qui è co
arborum à tilia differentium fiebant.
enim *Corium* non unam animalium tan
pellem ſignificat; ſed quodcunque inte
mentum, ſive id plantarum fuerit, ſive e
rerum inanimatarum, ut ex Plinio *lib.1*
*18. & lib.13.cap.12.* & Catone de re Ruſtica
*18.* docet Guilandinus: nulla Ulpianum
prehenſione dignum aſſerens, quòd li
membraneos à libris in corio ſeparaver
que inter tiliam & philyram differen
conſtituerit. quemadmodum è diverſo
eum accuſatum putavit à Laurentio V

*Libri in corio qui Ulpiano.*

*Laur. Valla.*

xerrimo Jureconſultorum exagitatore *lib.6.* *Elegant.cap.43.* in vocabulorum Libri & Voluminis acceptione. *dict.l.librorum.52.§.ſi cui.* quantoperè etiam hunc Alciatus conetur defendere *lib.4.de verbor.ſignif.num.24.*

Porrò partitur Plinius libros in privatos & publicos. hos quidem plumbeis laminis in ſe convolutis confici ſolitos innuens; illos verò linteis, aut ceris. *lib.13.cap.11.* De libris plumbeis exſtat apud Hiobum *cap.19.* Quis mihi tribuat, ut ſcribantur ſermones mei? Quis mihi det, ut exarentur in libro, & ſtylo ferreo in plumbi lamina, vel certè ſculpantur in petra? De linteis Livius diſertè *decad.1.lib.4.* In tam diſcrepanti ait editione, & Tubero & Macer libros linteos auctores profitentur. Ex mox: Licinio libros haud dubiè ſequi linteos placet. Et paulò ſuperius: Nihil enim conſtat, niſi in libros linteos utroq; anno relatum inter Magiſtratus præfecti nomen. Vopiſcus in Aureliano: Et ſi his contentus non fueris, lectites Græcos, libros etiam linteos requiras, quos Ulpia tibi bibliotheca, cùm volueris, miniſtrabit. Sunt verò libri antiquorum lintei, ut Guidinus explicat: non quales noſtri, qui & ſine hæſitatione lintei dicẽdi ſunt: ſed in jam lineam deſcripti, non aliter quàm ho- 3. *in plumbo.* 4. *in linteis.*

diè à pictoribus variæ rerum imagines
linteis ſeu telis depingi ſolent. quas & ip
Linteas vocare, nihil vetat. Quibus non i
*Literæ veſtibus intexta.* eptè fortaſſis adjunxeris Parthorum veſt
quibus literas illi intexere malebant, qu
chartas ex ſcapo papyri conſerere atq; con
cere. quod in tanta apud illos papyri co
*5. in Cera.* meritò miratur Plinius *d. c. 11.* Ceros v
quod attinet libros, iis intelliguntur Sc
dæ, quæ erant aſſeres, ſive tabellæ ſectiles,
abſimiles ſcandulis, quibus tecta, tegular
vice, in quibusdam locis teguntur. Eas I
dorus *Scindulas* dicit, quòd ſcindantur, id
dividantur. *lib. 19. Etymolog. cap. 19.* quæ ut
ſcribendum uſui eſſent futuræ, non tant
dolabra & aſcia parabantur; ſed & accu
tiùs expoliebantur, & inductâ cerâ ſolic
us illinebantur obducebanturque, lu
præſertim ob duritiem minùs idoneæ, c
ad literas recipiendas, tum eaſdem abo
*Stylus ferreus.* das. Mos enim erat ferro, non calamo in
ſcribere. quod Græcos & Thuſcos prim
factitaſſe teſtatur Iſidorus *d. lib. 19. cap. 9.* P
cà Romani juſſerunt; ne graphium ferr
quis haberet. Unde & apud Scribas dic
*imò oſſeus.* tur, Ceram ferro ne cædito: inſtitutum
ceram oſſibus ſcribere, ſicuti indicat At
ſatyra, his verbis:

*Vertamus vomerem in ceram, mucroneq́; are- mus*
*Oſſeo.*——

Quanquam *Stylum vertere* Ciceroni & Hora- tio eſt, inducere, & quod ſtyli parte aculeata ſcriptum erat, citò mox adverſa illius parte, quæ latior fieri ſolebat, delere atq; expunge- re. Schedæ porrò illæ, quoniam ex codice ar- borum conſtarent, *Codicilli* dicebantur; & à plana illa forma *Tabulæ* ſive tabellæ: *Ceræ* ve- rò, quia cerâ obducerẽtur; & quòd pungẽdo ſcriberentur, *Pugillares*. De Codicillis, apud Iureconſultos paſſim, ſingulariter verò cera- ris, apud Ulpian. *in d. l. librorum. 52. in pr.* de Ceris & Pugillaribus Plinius *lib. 1. Epiſt.* Erat in proximo, inquit, non venabulum, aut lancea, ſed ſtylus & *pugillares*: meditabar a- liqua enotabamq́ue, ut ſi manus vacuas, plenas tamen *ceras* reportarem. Plautus Cur- culione:

*Codicilli: Tabulæ: Ce- ra: Pugilla- res.*

*Dum ſcribo, explevi totas ceras quatuor.*

Tabellarum autem idem quoque Plautus meminit in Pſeudolo, ubi amatorem indu- cit tabellas cereas ab amica ſcriptas perle- gentem, quibus illa argentũ depoſcebat. quæ

quidem tabellæ, pro more puellis etiamnum uſitato, ita lepidis conſcriptæ erant literis, u dubitabundus quæreret Pſeudolus:

*An obſecro habent gallinæ manus? na has quidem Gallina ſcripſit.*

*Tabellæ plerumque è buxo.*

Etſi autem tabulæ ſive pugillares illi ex va ria ligni fiebant materia: buxeas tamen fre quentiſſimo in uſu fuiſſe video. de his enim ſignatè loquitur Propertius:

*Ergò tam doctæ nobis periêre tabellæ,*
*Scripta quibus pariter tot periêre bona!*
*Non illas fixum charas effecerat aurum,*
*Vulgari buxo ſordida cera fuit.*

Sic & ex buxo literæ quandoque fiebant, a prima elementa pueris tradenda. Unde Hie ronymus *ad Lætam*, de inſtitutione Filiii: Fi ant, inquit, literæ vel buxeæ, vel eburneæ ſuis nominibus appellentur. Ludat in i puer, ut & luſus ipſe eruditio ſit. Hujuſmo pugillaribus, & ſtylis (ferreis tamen) diſcip lorum ſuorum confectus, atq; minutiſſim ictibus excarnificatus in foro Corneliar interiit Caſſianus Martyr, ſi Prudentio cr dimus, ita de ipſo περὶ ϛεφάνων canenti

*Caſſianus ſtylis & pugillaribus interfectus.*

*Im*

*Innumeri circùm pueri, miſerabile viſu,*
*Confoſſa parvis membra figebant ſtylis.*
*Unde pugillares ſoliti percurrere ceras,*
*Scholare murmur annotantes ſcripſerant.*
*Conjiciunt alii fragiles inq; ora tabellas*
*Frangunt, re iſa fronte lignum diſſilit.*
*Buxa crepant cerata genis impacta cruentis,*
*Rubetq; ab ictu curva tundens pagina.*
*Inde alii ſtimulos, & acumina ferrea vibrant,*
*Qua parte aratis cera ſulcis ſcribitur.*
*Et qua ſecti apices abolentur, & aquoris hirti*
*Rurſus niteſcens innovatur area.*

[P]orrò librorum materiam fuiſſe comperi, [n]on tantùm folia plantarum, corticem ar[b]orum, plumbum, lintea, ligna cerata, de [q]uibus hactenus diximus: ſed & ebur, lapi[d]es, æs, inteſtina animalium, Chartas, Mem[b]ranas. Codicum ſive librorum eboreorum [U]lpianus meminit *d. l. librorum. 52. in pr.* quos [F]lavius Vopiſcus appellat *elephantinos*, iis ver[b]is: Ac ne quis me Græcorum alicui, vel La[ti]norum exiſtimet temerè crediidiſſe, habet [b]ibliotheca Ulpia in armario ſexto librum [el]ephantinum, in quo hoc Senatusconſultũ [p]erſcriptum eſt, cui Tacitus ipſe manu ſua [ſu]bſcripſit, &c. Ut ridiculum ſit illorum

**6. in ebore.**

***Libri eborei. elephantini.***

commentum, qui libros elephantinos d
ctos autumant ab operis amplitudine, qu
ſi Elephantorum proceritas & vaſtitas n
7. in lapidibus. minis anſam illis dederit. Lapideos verò l
bros quod ſpectat, Enoch ille ſeptimus
Adam magno, natus ante inundatione
terrarum anno triceſimo quarto ſupra mi
Enochi columna. leſimum, cùm vaticinatus eſſet de judic
futuro, tam aquarum diluvii, quàm conf
grationis, ut eſt apud Judam Apoſtolu
*in Epiſtola Catholica*, & ſiderum præterea c
gnitionem ac ſcientiam ſmeliorum reru
poſteris communicaſſet; vaticinium hoc ſ
um, & disciplinæ præcepta, ne qua ſcilic
ætas labéſve hominum noticiæ & memor
ea ſubtraheret, duabus inſcripſit columni
alteri lapideæ, alteri latericiæ: ut ſi latericia
unam diluvio deleri contingeret, altera l
pidea ſupereſſet, quarum hanc Joſephus *lib*
*Antiq. Judaic. cap. 2.* ſuo adhuc tempore in S
ria exſtitiſſe teſtatur. Herodotus quoq; *in* U
*ranie* tradidit, Themiſtoclem etiam tempo
Xerxis literas bene longas in lapidibus in
diſſe, quas poſtero die Iones ad Artemiſiu
venientes, legerint. Et Jamblichus dogm
occultę doctrinę ſe ſumſiſſe fatetur à colum
Mercurii, eaſque columnas ait Aſſyrior
& Ægyptiorum diſciplinis fuiſſe plenas,

de Myſteriis. Ab his enim & Chaldæis Joſephus monet, antiquarum rerum hiſtoriam requirendam eſſe: quorum fuit inſtitutum, ut eorum ſacerdotes & Philoſophi circa ſcribendam hiſtoriam verſarentur. Mirari ſe igitur, inquit, eos, qui tantùm in hiſtoria Græcis tribuunt: cum ipſe docere paratus ſit, Græcos non modò adulto jam mundo, ſed etiam propemodum ſeneſcente natos, eorumque inventa omnia eſſe recentia. Quapropter flamen ille Ægyptius, Soloni dicebat, Græcos ſemper eſſe pueros, nec quenquam in Græcia ſenem reperiri. Adhæc ait Joſephus, quòd ſi non vanis opinionibus accommodare aſſenſum volumus, ſed ab ipſis rebus veritatem ſumere, univerſa quidem apud Græcos recentia invenimus; heri, ut dicitur, facta, aut nudiustertius: Urbes, inquam, conditas, artium commentationes, & leges politis ſcriptas. Proinde qui vetuſtæ hiſtoriæ veritatem noſſe cupiat, hunc oportere dicit ab Ægyptiis, Tyriis & Chaldæis exquirere. Quibus auctoribus Joſephus mira diligentia ſacræ hiſtoriȩ auctoritatem confirmavit, in duobus illis libris, qui inſcripti ſunt, *de Antiquitate Judæorum*, refutatorii contra Appionem illum Grammaticum, quem Tiberius Cæſar cymbalum mundi vocabat: cùm, ut ait

*Ab Ægyptiis antiquitas petenda.*

*Græci ſemper pueri.*

*Appion Grammaticus.*

Plinius *in præfat. ad Veſpaſian.* publicæ fam
tympanum potiùs videri poſſet. Taceo in
nita illa monumenta marmorea, argume
tum lapideorum librorum ſatis evidens in
rim præbentibus faſtis illis, Romæ in Ca
tolio etiamnum conſpicuis.

*. in ære.* In æs verò ſcripſiſſe quandoque Ve
res, dubium non eſt: aſſerente præſcri
Plinio, uſum æris ad perpetuitatem mon
mentorum jampridem translatum eſſe,
bulis æreis, in quibus publicæ Conſtituti
nes inciduntur. Sic Tullius *in Catilinaria*
Æra Legum in Capitolio fuiſſe tacta de c
lo. Conſtat enim Leges XII. Tabb. fuiſſe
æs inciſas, atque in foro propoſitas: & ære
rum tabularum tria millia, quibus publi
monumenta incidebantur; quæ ſimul
Capitolio cõflagraverant, Veſpaſianum A
guſtum, ut reſtituerentur curaſſe, cùm e
emplaria, ex quibus illa tranſcripta fuera
undique inveſtigaſſet. Sic apud Livium *D
cad. 1. lib. 2.* legimus, fœdus ictum cum L
tinis fuiſſe inſculptum in ænea colum
Sed & *1. Machab. cap. 8. & 14.* tum Ro
ni, tum Spartiatæ dicuntur reſcripſiſſe J
dæis tabulis æreis, quas Hieroſolym
miſerunt de ſtabilienda cum eis amiciti
ſocietate. Nec diſſimulandum eſt, q
pl

[...]to *in Minoë* ſcribit, Talum apud Cre-
[...]nſes tempore Minois & Rhadamanti cir-
[...]mtuliſſe per totam inſulam tabulas æreas,
quibus leges erant inſculptæ. Unde etiam
[...]*us* ſit nominatus. De hoc Talo ridicula
[...]rrantur, quæ animi cauſſa hiſce commen-
[...]iis inſerere placuit. Ajunt enim hunc
Vulcano ex ære fuiſſe fabrefactum, Minoi-
[...]e dono miſſum ad Cretenſis inſulæ tute-
[...]n. Ter enim in ſingulos annos inſulam
[...]ibat, excubias agens. Unde Apollonius
*Argonautic. in fin.* ter Cretam pedibus æ-
[...]s luſtrantem nominat. Scholiaſtes ibi an-
[...]tat, toto corpore æreum fuiſſe, præter tu-
[...]culum quoddam in imo calcaneo, tenui
[...]mbrana tectum: qua dirupta, mors ei fa-
[...]iter conſtituta fuerit. Zenodotus *in pro-*
*[...]bus* Simonidem allegat, novæ fabulæ au-
[...]rem, qui dicat, Talum æreum virum, pri-
[...]uam in Cretam perveniret, in Sardiniam
[...]eſſiſſe, ubi non paucos mortales neci de-
[...]it. Euſtathius *in 20. Odyſſ.* narrat, Eum,
[...]ndo necare aliquem voluerit, in ignem
[...]ilire ſolitum fuiſſe: quandoquidem id ſi-
[...]itæ periculo præſtare poterat, quòd ære-
[...]ſſet. mox autem, ubi ita incaluiſſet, ut cã-
[...]et, comprehẽſum morti adjudicatum pe-
[...]i ſuo admoviſſe exuſſiſſeq́; Propiꝰ vero

*Talus æreus.*

eſt, Æreum ſive *aripidem* fuiſſe dictum T
quòd legum in æneis tabulis inciſarum
circumlatarum per univerſam Cretam ſ
rit obſervantiſſimus. quemadmodum &
*Ragnachilda an anſerinis fuerit pedibus.* *gnachildam*, Theodorici Gothorum Reg
xorem, Najadum unam & anſerinis fuiſſ
dibus fabulata eſt vetuſtas: non quòd anſ
natatiles pedes habuerit, ſed quòd aqu
fluminibus mirum in modum oblectare
& pedibus prædita eſſet molliuſculis, & a
ris plumâ candidioribus. Adeò Veteres
xiè in ſingulis Heroidum particulis pulc
tudinem ac colorem notarunt. Hinc il
Homeri *Iliad.* 9. Dea Thetis pedibus arg
*Argentipes.* teis: Θέα Θέτις ἀργυρόπεζα. Sic enim Ach
matrem ſuam vocat; Pindarus Venerem,
que Nicen pulchros talos habentem He
dus poſuit *in Theogon.* Sic quo tempore
mani cum Gallis, Conrado Imperatore
ctante, res repetitum in Syriam & Hier
lymam iverunt, Manuele Comneno C
ſtantinopolim tenente, Nicetas ait fuiſſe
lieres Germanicas, virorum inſtar equit
tes, martio vultu atque habitu, Amazo
prorſus audacia: quarum illuſtriſſima, al
prorſus Pentheſilea, ob fimbrias & limb
*Auripes.* veſtium auro intertextũ *Auripes* vocab
*Nicet. in geſtis Manuelis, anno 1147.* Unde e
liq

net, extrema veſtimenti aurea vel argen-
pedibus olim quandoq; attributa: ita ut
ſtimem (ait Forcatulus) Herculem non
m fœmina ancipitis naturæ, ſerpentem ad
nora usq; referente, concubuiſſe, & Scy-
m, qui genti nomen dedit, progenuiſſe,
putat Herodotus *lib. 4.* ſed cum puella cla-
ſima, quæ ſtolam ſquamis aureis ardentem
nferiora corporis velantem geſtarit, quæ
a eſt Stephani Forcatuli interpretatio *lib.*
*de Imper. & Philoſ. Gallorum.* Ut verò & de
is ex inteſtinis animalium factis aliquid
am: video horum mentionem fieri ab
icho Byzantio Sophiſta, *in hiſtoria, quam*
*Imperio Conſtantini usq; ad Anaſtaſium dedu-*
Georgio Cedreno *in compendio hiſtoriar.* à
ndo condito, usq; ad Iſaaceum Comne-
n Imperat. & Johanne Zonara *Annali-*
*tom. 3.* qui regnante Baſiliſco ſcribunt
nſtantinopoli exorto incendio, ipſam
ſilicam cum Bibliotheca conflagraſſe, in
centum viginti millia librorum fuerint
oſita: inter quos fuiſſe perhibetur Dra-
is inteſtinum longitudine pedum centũ
nti, habens inſcripta literis aureis Ho-
ri poëmata, Iliadem & Odyſſeam, cum hi-
ia rerum ab Heroibus geſtarũ. Reſtat, ut
ibris ex Charta & membrana confectis

*Fœmina ancipitis Naturæ.*

*9. in inteſtinis animalium.*

dicamus. Differt autem Charta à Papyro
ro in Charta ſcriptitatum. effectum & materia. Ex papyro enim Ch
efficitur. ut rectè ab Ulpiano reſponſum
Chartis legatis, neq; papyrum ad chartas
ratam, neq; chartas nondum perfectas c
tineri. *d.l. librorum.52. §. chartis. 6. ff. de leg*
Papyri autem duæ recenſentur ſpecies: al
Ægyptia; altera ei affinis & ſimilima. De
poſteriore nihil hîc attinet dicere. At il
Ægyptiæ deſcriptio apud Plinium exſta
*Papyrus Ægyptia.* *13. cap. 11.* his verbis: Papyrum ergo naſc
in paluſtribus Ægypti, aut quieſcentibus
li aquis, ubi evagatæ ſtagnant, duo cubit
excedente altitudine gurgitum, brac
radicis obliquæ craſſitudine, decem non
pliùs cubitorum longitudine, triangul
teribus in gracilitatem faſtigiatum, th
*Charta præparatio.* modo cacumen includens. Hinc Ch
præparabatur in hunc modum. Scapus n
que, hoc eſt, caulis papyri, amputatis ut
que extremitatibus, utpote minùs ad ch
conficiendas idoneis, dividebatur ſecun
longitudinem in duas partes æquales; à
bus poſteà abripiebantur ſingulares phi
ſive bracteæ, quę quò lõgiùs ab extimo
cortice diſtabant, eò erant præſtantio
quò cortici appropinquabant magis, e
teriores. Unde varia chartarum gene

rabantur, de quibus poſteà. Interim no-
ndum, apud Plinium pro illis verbis, *diviſo*
*&c.* legendum ex Guilandini ſententia,
*viſo Scapo* in prætenues, ſed quàm latiſſi-
as philyras. quando & dicat Auctor Sche-
s, h. e. bracteas tanta conſtare longitudi-
, quanta poteſt eſſe ſcapi ipſius papyri, ſe-
minibus, id eſt, extremitatibus utrinque
putatis. Etenim extremitates caulium
pyri amputabātur, quòd eſſent ad charta-
m uſum ineptæ: altera quidem, quam
mum vocari ait, propter nimiam meatu-
laxitatē, qui nec in arefactis philyris coi-
olent; altera, quæ comam inutilem debi-
ą; ſuſtinet, ſive, ut Plinii verbis utar, quæ
rſi modo cacumen includit, propter gra-
tatem, bracteas nec ſemidigitū latas con-
ens, & ob ariditatem alioquin dividenti-
minùs obediens. Taceo, quòd opus fuit
o acutiſſimo ſubtiliſſimoq;, tres digitos
, quo ramenta ſive philyræ à ſcapo divel-
ntur, acu eam ad rem nihil emolumenti
ſtante, ſed inutili prorſus abjiciendaque.
philyris autem illis ſive ſchedis aut tabulis
*ilyra enim, ramētum, papyrum, tabula, ſcheda,* *Philyra homonymia.*
*plagula, corium, ſtatumen, ſubtegmen, pa-*
*tania,* pro uno eodemque in hac diſpu-
one uſurpantur à Plinio) à caule papyri

diſtractis, ex alteris quidem recto ſitu l
ſtratis, & alteris transverſa poſitione ſup
injectis, chartæ conficiebantur, vel, ut Pli
us ait, texebantur, præbente glutinis vi
Nili aquâ; non illa clara & limpida, ſed
bido liquore, ac pingui terrarum ſucco c
quinata. Cæterùm ſchedæ, quæ primò ſup
tabulâ, id eſt, *recto philyræ ſitu* ſubſternebar
ea longitudine, quam thyrſus papyri, pr
ctis hinc inde extremitatibus, ut dixi, pr
ferebat, citò mox alteris pagellis in trans
ſum ſuperinductis, perfectionem ſuam c
ſequebantur, à qua demum accipiebant
Chartæ vocarentur, eſſentque. Porrò gl
*tundebatur malleo.* natæ ita chartæ etiam malleo tundeba
& rugatæ extendebantur ictibus atq; c
planabantur. Docet hoc idem Plinius, c
de glutino, quo Charta deterior iterum t
batur, in hæc verba ſcribit: Poſteà malle
nuatur, & iterum glutino percurritur, i
que conſtricta erugatur atq; extenditur
*Libri malleati.* leo. Quocirca Ulpianus inter *malleatos*
*malleatos libros* diſtinguens: Unde, inqu
malè quæritur: ſi libri legati ſint, an
contineantur necdum perſcripti? & no
to contineri: non magis quàm veſtis
latione nondum detextam. Sed perſ
libri nondum malleati, vel ornati co
bu

untur. Proinde & nondum conglutinati
el emundati continebuntur. *d.l.librorum,52.*
*Unde,5.ff.de leg.3.* Octo autem chartarum
ecies exponuntur à Plinio. *1.Claudia*,quam
laudum Cæſarem primò confeciſſe ait ex
uguſta,ſive Hieratica, adjectâ ad binas e-
s philyras,quibus conſerta erat,tertiâ bra-
eâ,& ad undecim digitorum latitudinem,
iorum duorum menſurâ. *2.Hieratica*, ſic
cta, quòd priſci mortales eâ ad religioſa
lumina utebantur: poſteà verò adulato-
s nominibus *Auguſta, Livianaq;* appellata:
uti & ob auctoritatem in epiſtolis ei reli-
m, *epiſtolaris*, & quoniam epiſtolæ adſcri-
m in limine ſalutem haberent, *Salutatrix*
rtiali dicitur:

Chartarum ſpecies.

*Marcus amat noſtras Antonius, Attice,*
*Muſas,*
*Charta ſalutatrix ſi modò vera refert.*

*annıana:* à Q. Rhemnio Fannio Palæmo-
celebri Grammatico: quem Suetonius
*b.de Illuſtribus Grammaticis*, ſcribit offici-
promercalium chartarum exercuiſſe.
enim poliendo Romæ chartam Amphi-
tricam, cùm ex proletaria, deterioreque
ſtiorem atque elegantiorem confor-
ſet, viſus eſt novam ſpeciem conſtituiſſe,
nianam de ſuo nomine appellans, reli-

ctâ in ſuo Amphitheatricâ non interpo
quæq; mangonium ſui artificii experta no
erat. 4. *Amphitheatrica*, ſeu, ut mavult Gu
landinus, *Athribitica*, à confecturæ ſive pr
fecturæ loco. Inter alias enim Ægypti pr
fecturas, quarum Seſoſtrim triginta ſex co
ſtituiſſe Diodorus refert *lib. 2. Rer. Antiqu*
*cap. 1.* erat etiam Athribitica: cujus Stra
Ptolomæus, Stephanus, alii meminêre. At
hæc Amphitheatrica charta à Fanniana ta
tum diſcrepat, quantum adamas, ſmaragd
carbunculus, gemmæ aliæ, à ſcalptis & per
litis differunt; & quantum mulier, anima
faſtuoſiſſimũ, ſurgens è ſtrato diſſidet à ſe
poſtquam crines fluentes compoſuit, vu
lavit, & molli ac ſplendido amictu induta
5. *Saitica*, ab oppido Sai. 6. *Tæniotica*. Guila
nus legendũ docet Tanitica, à civitate T
quæ hodiè Damiata vocatur: eò quòd T
locus (cui ob anguſtã longitudinem hoc
men eſt, & unde Tænioticam chartam d
putamus) extra Deltam ſitus ſit: Papy
autem in Ægypto extra Deltam non g
Plinius dixerit. 7. *Emporitica*, ἀπὸ τῶν ἐμπόρ
eſt, a mercatoribus cognominata: quæ, q
ſcripturæ inepta erat, mercibus invol
præbebat. 8. *Macrocollum*: à majoribus c
ſeu bracteis cognominatum, Nam κόλλ

ſtore Heſychio, ſignificat dorſi bovis coriū, ex quo glutinum excoquitur. μακρὰ autem idem interpretatur μεγάλα. Quanquam autem Macrocolla magnitudine reliquas chartarum ſpecies longè excellerent, quippe quæ menſuram ſedecim digitorum, nec raro quatuor ſupra viginti attingebant: tamen quòd volentes unam ex eis membranam reſcindere, non ſine aliarum injuria tæniarum, & plurium dilaceratione plagularum moveri id poſſent, inter illaudatas habebatur. De *Membranis* verò, quæ & ipſæ ſcribendi materiam Veteribus ſuppeditabant, quid dicam? Equidem uſum harum antiquiſſimum video. Nam & *Diphtheram* ſunt qui interpretentur pellem Capræ, quæ Jovem aluerit: in qua creditum eſt antiquitus illū omnia ſcribere, quæ fierent. Unde quæ nec in hiſtoricorum literis exſtarent, nec in hominum memoria ſervarentur, ea velut ex *Jovis Diphthera* petita dicebantur. Diſcimus etiam ex Herodoto hiſtoriæ parente, Ionas olim byblos dixiſſe diphtheras, veteri ex conſuetudine, quòd byblorum, hoc eſt, papyri ſive chartæ inopiâ, pellibus uterentur tum caprinis, tum ovillis Priſca conſuetudine (inquit in Terpſichore) chartas Iones appellant illes, quòd aliquando penuriâ chartarum,

*11. in Membranis ſcriptum.*

*Diphthera.*

pellibus caprinis ovilliſq; utebantur. Adh quoq; ad meam uſq; memoriam multi b barorum in talibus pellibus ſcribunt. Nec deſunt, qui ſub pelle velleris aurei, qu Argonautæ ex Colchide advexerunt, inte gant Diphtheram, hoc eſt, librum ex me branis Veterum more confectum, & arc artis ejus, quam Chimiam vocant, pand tem, quo ſcilicet auri conficiendi ſcien contineretur: Meritoq; membranam e appellatam fuiſſe auream, propter emo mentum, quod ex ea acquirebatur. Ne nim obſcurum eſt, Veteres ea dixiſſe au quæ magnum ſuppeditarent emolument & reditum; ſive agri bonitate, ſive pec aut lanificio. Hinc Martialis de Beti fluvi

*Vellus aureum.*

*Aurea, quæ lucroſa.*

*Betis oliviferâ crinem redimite coronâ,*
*Aurea quæ nitidis vellera tingis aq*

Quocirca factum eſt, ut pecudes ipſæ au pelles habuiſſe ferantur: qualis fuit A Atrei, quam ſibi Thyeſten ſubduxiſſe qu tur: ut in Colchide Æeta Rex, ad cujus a tis pellem Jaſon profectus eſt, & ſocii Ar nautæ, regii ſanguinis & animi, qui regi gregibus & opibus nobilem invaſerun Varroni credimus *lib. 2. de Re ruſtica.* q quem laudat & ſequitur Stephan. Forc lus *lib. 1. de Imp. & Philoſoph. Gallor.* A qu

ci

tiam ſtare videtur Cœlius Rhodiginus, qui ex eodem Varrone vellus aureum in ovibus, charitatis nomine intelligendum aſſerit *lib. 9. Antiquar. lection. cap. 1.* Rectè charitatis nomine. Eſt enim Aurum hominibus chariſſimum, nec ullum ab his pluris fit metallum. Horatius *lib. 1. Ode 5.* de Pyrrha:

*Aurum, quá charum.*

*Qui te nunc fruitur credulus aureâ,*

id eſt, chariſſimâ ſibi, multumq; amabili & optatâ. quo ſenſu etiam Mediocritatem videtur eſt dictam auream *lib. 2. Ode 10.* quòd chariſſima nobis, optima & precioſiſſima eſſe debeat. Oves ſanè tanto in honore habuerunt Veteres, ut ex iis ſolummodò opes fieri exiſtimârint: & pecuniam atq; peculium omne pecudibus & gregum numero olim cenſuerint: eaq; de cauſſa Maronianus Corydon divitias oſtentaturus ſuas, dixerit;

*Divitiæ olim in pecore.*

*Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.*

eoq; fictum, Oves olim lanam auream habuiſſe. Hinc *Mallophoros* Cereris cognomẽ tum eſt in Megaride; ab iis fortè impoſitum, qui Mortalium primi Oves connutrire cœperint. Siquidem lanam Greci dicunt μαλλὸν, ex quo & Idam μαλλόεσσαν vocarunt, velut πολυπρόβατον, id eſt, ovibus abundantem. Similiter cùm Hercules ex Aphricana victoria nihil præter Oves abegiſſet, *aurea mala* ſe-

*Aurea mala*

cum aſportaſſe fabuloſè dictus eſt. μῆλον e-
nim veteri conſuetudine *Ovis* capraq́; dic-
tur; & eadem locutione etiam *pomum* uſu
patur. quod poſt Rhodiginum itidem & Jo
Pierius annotavit *lib. 10. Hieroglyph.* Sed ut a
membranas redeam, conſtat utiq; ex Joſe-
pho, Diphtheras illas, quæ antiquitus ad ſcri-
bendum adhibebantur, nihil à Pergameni
ex urbe Pergamo (unde illis nomen) ab At-
talo rege miſſis differre. Sic enim *lib. 12. Anti-
quitat. Judaic. cap. 2.* ſcribit, ex Gelenii inter-
pretatione: Ut verò ſenes illi venerunt, cù
muneribus à Pontifice miſſis, & cùm mem-
branis, quæ Legẽ aureis literis inſcriptam co
tinebant, primùm de libris eos rogavit. ut ve-
rò ex involucris depromtos obtulerunt, mu
tum diuq́; miratus membranæ ſubtilitatem
& commiſſuras, quæ ita latebant, ut viſu di-
ſcerni non poſſent; gratias ſe illis habere di-
xit, qui venerint; & majores etiã ei, qui miſe-
rit: ſed longè maximas Deo, cujus Leges a
tulerint. Loquitur autẽ Joſephus de LXXI
Interpretibus, quos tam Græcæ, quàm He-
braicæ linguæ peritos Ptolomæus, non qui-
dem *Lagus*, quod Irenæus credidit, ſed *Phil-
adelphus*, tertius ab Alexandro Ægypti Re
Tertulliano, Euſebio, Epiphanio, Philon
Joſepho teſtibus, inflammatus deſiderio ſ
cro

*Diphthera eadẽ, quæ pergamena.*

*LXXII. Interpretes.*

ros Judæorū libros cognoſcēdi, curavit in-
tanib⁹ab Judęa expenſis Alexandriā adduci:
morū ſtudio ac diligentia vetus, q; vocant,
Teſtamentum monetâ percuteretur Græcâ.
Adveritus, ne, ſi invicē cōſultarent, veritatē
abſconderent, eos omnes in inſula Pharo in
ſingula cōtubernia ſeparavit, juſſitq; ut quiſ-
que pro ſe librū eundem transferret, atq; eo
in ſingulis libris ordine ſervato, opereq; per-
fecto, omnibus mox convocatis, & per libros
ſingulos interpretationē ſuam unoquoque
proferente, ita omniū ſententiam eandem eſſe
conſtitit, ac ſi ab uno tantùm traductiones o-
mnes emanaſſent. Idq; Philo Judęus, de quo
illud circumfertur, Aut Plato Philonizat, aut
Philo Platonizat, *lib. 2. de vita Moyſis*; Juſti-
nus Martyr, *in orat. ad gētes*, & Irenęus *lib. 3. ad-
verſ. Hæreſes, c. 25.* incunctanter affirmant. licet
Auguſt. *in Epiſtola quadam ad D. Hieron.* rem
aliter geſtam narret. Cæterùm is quoque
Ioſephi locus à nobis adductus argumento
eſt, non tantùm Diphtheras Veterum nihil
differre à membranis ſive pergamenis, poſt-
ea ſic dictis; verùm etiam multò anti-
quiorem eſſe membranarum inventionem,
quàm Varro tradidit, & Plinius credidit.
Nam Eleazarus princeps ſacerdotum, per il-
los LXXII. Interpretes libros ſacros ad Pto-

*Membranarum uſus etiam ante Eumenis æmulationem.*

lomæum Philadelphum tunc primùm r
gnare incipientem miſit: at Æmulatio, q
inter hunc Ptolomæum & Eumenem P
gami regem (quem Ælianus & Hieronym
Attalum vocat, communi omnibus Perga
Regibus nomine, ſicuti Ægyptii reges omn
Ptolomæi fuerunt indigetati) ob ſtudioru
ſimilitudinem in conquirendis toto terr
rum orbe omnis generis libris, ſuborta fu
ſeriùs aliquantò gliſcere, incrementaque
mere cœpit, quàm ſacra volumina in Græ
traducta fuerunt. Quò fit, ut ſeriùs etia
chartas Ptolomæus ſupprimere potuerit,
multò adhuc ſeriùs Eumenes membran
rum copiam fieri curârit, qua chartarum p
nuria penſaretur. quemadmodum nec illu
verum eſt, quod ex Varrone & Plinio Pa
cirollus tradidit, fundatâ ab Alexandro U
be Alexandriâ, papyrum & chartam fuiſ
primùm inventam: cùm multis retrò ſec
lis hanc in uſu fuiſſe, evidentiſſimis ratio
bus evincat Melchior Guilandinus, ind
ctiſſimo ſuo tractatu *de Papyro*. Eum te, L
ctor, diligenter evolviſſe, nunquam profec
pœnitebit. Equidem me bonam eoru
partem, quæ ad hunc locum illuſtrandu
facere videbantur, deſum ſiſſe, ingenuè fat
or. Illud planè novum eſt chartæ ſive papy

*Chartæ uſus etiam ante Alexandriæ fundationem*

...nus, in quam elementa hæc depingo. ...ex linteolis concerptis, nulliusque am-...ſusus, & aqua maceratis, ac poſteà in ...guinem contritis conficitur, ita ut pla-...æ ejus glutini cohæreſcant. Quæ qui-...n confectio cum paſſim nota ſit, iis præ-...im, qui ad chartæ id genus concinnandæ ...m conſtitutas Molas vel ſemel tantùm o-...s fuerint contemplati: ideò de hac re ...quam porrò verborum facere ſuperſe-...

*Papyrus vel charta noſtra.*

## ...ZIFERIS, SEU FURTIVIS LITERARUM NOTIS.

## Tit. XIV.

*Notas, quæ hodie uſurpantur, ego pro novis habeo. Qua de re plenius ut diſſeratur, altius repe-...dum cenſeo. Lacedæmonii ſcribendi ...onem clandeſtiniorem tenebãt, quam ...arum Notas. Idq́; epiſtolæ genus* σκυτά-*...ppellabant: quod hoc modo fiebat. Sur-...duo erant teretes, oblonguli, pari craſ-*

Scytala Laconica.

*ſamento, ejusdemq́ longitudinis, de atque ornati conſimiliter. Unus Imp tori in bellum proficiſcenti dabatur: a rum domi Magiſtratus cum jure atq; ſigno habebant. Quando uſus venera terarum ſecretiorum, circum eum ſu lum lorum modicæ tenuitatis, longum tem, quantum rei ſatis erat, complicab volumine rotundo & ſimplici; ita ut adjunctæ undiq; & cohærentes lori, q plicabatur, coirent. Literas deinde in loco per trãsverſas juncturarũ oras, ſibus à ſummo ad imum proficiſcenti inſcribebant. Id lorum literis ita perſ ptis, revolutum ex ſurculo, Imperat commenti illius conſcio mittebant. R lutio autem lori literas truncas atq; m las reddebat, membraq́; earum & apic partes diverſiſſimas ſpargebat. propte ſi id lorũ in manus hoſtium inciderat hil quicquam conjectari ex eo ſcripto bat. Sed ubi ille, ad quem erat miſſum ceperat; ſurculo compari, quem habeba pite ad finem, perinde ut debere fieri ſ bat, circumplicabat: atque ita litera*

am

*[...]itum eundem ſurculi coaleſcētes rur[...]cebant; integramq́; & incorruptam [...]olam & facilem legi præſtabant. Hoc [...]olæ genere eodem modo & Imperator [...]atur. Teres enim & tornatum lignum [...]atui dabat: alterum illius planè ſimile [...]met retinebat: poſteà Schedam oblon[...]papyri aut membranæ ligno involve[...], circumligans eam inſtar faſciæ, ad [...]bleæ ſive teſtudinis illius formam, quæ [...]Trajani columna conſpicitur: tum per [...]nsverſum, ſeu in longum ſcribebat. poſt [...]dam illam diſſolutam Romam mitte[...], quam Senatus ligno ſuo implicans, re[...]legebat. Sed hæc epiſtolæ forma Notas [...]continebat: verùm erat clandeſtinum [...]ddam ſcribendi conventum, de inter[...]pendo literarum ſitu, ne à quoquam [...]legi poſſent. Tyro Ciceronis libertus [...]modi commentus eſt Notas, ut per u[...]n aliquam literam præpoſitio intellige[...]r, aut adverbium. Poſt eum Perſanni[...] Philargius, & Acilius Mecœnatis liber[...] alias addentes Tyronis inventionem [...]pliarunt. Singulis enim literis ſingula*

Ciceronis libertus.

Mecœnatis libertus.

verba ſignificabantur: verbi cauſſa,
Reſpublica; P. R. Populus Romanus, e
genus alia, de quib. Iſidorus lib. 1. Ori
cap. 22. Sed hæ quoq; potius abbrevia
I. Cæſar. erant, quàm Notæ. Cæſar ita literarū
ſtatem cōmutabat, ut primas literas q
Auguſtus. ta quæque ſuccedens indicaret; Augu
ſubſequentem pro antecedente poneba
B pro A. C. pro B. & deinceps eadem ra
ne cæteras, ut Suetonius & Dio refer
Hæ veræ erant Notæ: ponebantur enim
teræ, ſed non intellectæ. Alii hunc exc
tarunt modum, quo Numeros pro li
collocarunt, 1. pro a; 2. pro b. Alii ſuo
arbitrio Alphabetum transmutar
Alii novos characteres efformarunt
nique Brixianus quidam typis vulga
modum quendam, quem intellectu cr
impoſsibilem, niſi quis contrà exem
iſtius habeat. Quod tamen falſum
quandoquidem ſcripturam iſtam ipſe
explicari audivi; & quod dici ſolet, q
cum manu tetigi, nullas eſſe Notas
difficiles aut obſcuras, quæ non intellig
tur ab iis, qui in hoc ſcribendi genere e
ci

*ti ſunt: quorum multi Venetiis repe-
ntur. Atque ipſemet domi meæ ha-
Hieronymum* Dn. Franciſci Nani, *no-
Veneti filium, juvenem doctiſſimum,
rtis hujus inprimis gnarum: cui nul-
Notarum genus, quàm difficile et-
id eſſet, offerebatur, quin ab ipſo in-
geretur.*

## OTAE ſive COMMEN-
### TARII.

Expeditum eſt, & multorum confir-
i poteſt auctoritatibus, Veteres Notis & *Notæ veteribus uſitatæ.*
is plurimùm in ſcribendo fuiſſe uſos. Nã
e *Hieroglyphicis*, quas vocant, literis (cum
is doctè & copiosè ſcripſerit Johan. Pie-
) uti & de *Cabala*, de qua apud Joh. Lan-
n in Epiſtolis Medicinalibus, & Picum
andulanum paſſim habetur, nihil hîc
m: juvat tamen de uſitata apud Ægypti-
ingendi ſcribendíve conſuetudine Am-
num Marcellinum audire differentem.
n enim (inquit *lib. 16.*) ut nunc literarum
erus præſtitutus & facilis exprimit quic-
l humana mens concipere poteſt; ita
i quoque ſcriptitarunt Ægyptii; ſed ſin-

gulæ literæ ſingulis nominibus ſervie
& verbis nonnunquam ſignificabant
gros ſenſus. Quem etiam ſcribendi m
*nam Græcis,* à Græcis celebratum fuiſſe, ex Solino c
comprobari poteſt. Refert enim ex M
lio olim quendam fuiſſe, qui unive
Homeri poëma ita ſubtiliter in memb
deſcriptum haberet, ut illud totum le
cis putamine concluderet: nimirum
ſignis atque notis & iis quidem valdè
bus, depictum eſſet. In quibus effin
dis Myrmecidem Mileſium, & Callicrat
Lacedæmonium potiſſimùm excelluiſ
fert Ælianus *lib. 1. Var. hiſtor.* quos fam
in ſeſamo (quod minutiſſimum gen
minis eſt, milio panicoque ſimilimum
ſtichum elegiacum literis aureis, ut *a*
*10. in fi.* diximus, inſcripſiſſe; ſed, ut non
hoc interpretantur, Notis quibusdam
ſignis. Raro enim Veteres integris in
bendo literis utebantur. Unde memo
apud Galenum *lib. 7. de compoſit. medicam*
necratis quondam Medici liber ὁλογρά
των, quod integris literis exaratus eſſet
*quàm Latinis.* ceptus etiam aliquando eſt apud Rom
ſcribendi per literarum compendia mo
thore potiſſimùm Mecœnate, quem ſ
Dio *lib. 55.* inveniſſe primùm quasdam
n

…m notas, quibus celerrimè ſcribi poſſet, …; per Acilium libertum publicaſſe: quas …iu etiam ſuo tempore fuiſſe ſignificat …ntilianus *lib.11.cap.2.* Et iis quidem Ve…s etiam in Legibus, Senatusconſultis, E…is ſcribendis uſos, unicus Valerii Probi …llus abundè docet. Suntque in hanc ſen…iam elegantes Manilii verſus, *in lib.* *A…um.* quibus Notarum compendia qui te…rit, eum Leges & jura populi Romani …rum, & intra domeſticos ac privatos pa…s qualiter cuique jus reddendum ſit, in …ntu habiturum ſignificat:

*etiam in Legibus.*

*…ic etiam legum tabulas, & condita jura*
*…overit, atq; notis levibus pendentia verba,*
*…t licitum ſciet, & vetitũ quæ pœna ſequatur,*
*…erpetuas populi privato in limine Prætor.*

…æ autem illæ, non erant literæ, ut ex Pe… Paulus refert *in l. ſed cum patrono. 6. §. fin.* *…bonor. poſſeſſ. & l. Lucius. 40. ff. de teſtam.* … Sed compendia quædam dictionum, …ujacius interpretatur *lib.3. Obſer. cap.3. &* *…cap. ult.* quæ Juſtiniani tempore *Sigla* di…ntur, ut apparet ex epiſtola ejus ad An…ſſores, *§. illud autẽ. 8.* Græci, σημεῖα dicunt: … διὰ σημείων ſcribere: quod eſt Notis,

*Notæ non erant literæ.*

ſive per notas ſcribere. quo dicendi ge
& Ciceronem uſum video *13. Epiſt. ad A*
*cum*: Et quod ad te de decem legatis ſc
parum intellexti credo: quia *διὰ σημ*
ſcripſeram. Adeò autem familiaris fuit
temporibus Notarum uſus, ut harum
tia etiam ancillæ cenſerentur. mentio
præſertim faciente Marcellino ancillæ
jusdam, quæ Aſſyriæ nomine literas N
ad Barbationem pedeſtris militiæ recto
ſcripſerit. Quo minùs etiam miran
eſt, Scribas & librarios in deſcribendis
veterum Jureconſultorum libris Not
compendio uſos fuiſſe. Quarum in
gentia cùm oppreſſis aſſidua bellorum
bie literarum & Jurisprudentiæ ſtudiis
latim obſolevi ſſet: nec eæ minus diffic
tis & negotii legentibus exhiberent, q
res ipſæ Notis deſcriptæ: & multi præ
ſubtili ac varia harum interpretatio
fraudem inducerentur, magnæque in
judicantibus & diſcentibus tenebræ
offunderentur: diſertè prohibuit Juſti
nus, ejusmodi poſthac Notis & ſignis i
ſcribendis Jurisprudentiæ libris uti: n
malignis interpretibus, imperitisvé, ve
rum evertendorum anſa præberetur. *B*
*Briſſonius lib. 4. Selectar. Interpretat. cap. 21.*

*Notæ etiam ancillis uſitatæ.*

*Juſtinianus cur Notas prohibuerit.*

nim, ſi ejusmodi velut ſtigmatum notis deformatos veteris Jurisprudentiæ libros Juſtinianus ad nos transmiſiſſet, earum ſeſe laqueis expedire potuiſſet? aut quis in illis reddendis exprimendisq; litium altercationumve finis fuiſſet, cum in earum interpretatione Tribonianus ipſe frequenter hæſiſſe deprehendatur. Aliquando enim Notas malè reddidit, aliamq; illis quàm præ ſe ferant, ſententiam attribuit. Aliquando Notas pro non-Notis; nonnunquam etiam non-Notas pro Notis accepit. quod poſt Anton. Fotelinium *ad Tit. de vulgari ſubſtit.* multis exemplis demonſtrat Joh. Thomas Freigius *Epiſtola Pandectar.* *Triboniani error ex Notis.*

Sed ut ad exempla à Pancirollo noſtro propoſita deveniamus: conſtat utique Scytalam illam Laconicam totidem, quot dixit, verbis deſcriptam eſſe à Gellio *lib. 17. Noct. Atticar. cap 9.* De eo autem ſcribendi modo, quo C. Cæſar in epiſtolis uſus eſt ad C. Oppium & Balbum Cornelium, qui res ejus abſentis curabant, exſtat Probi Grammatici ſatis curioſus commentarius. Et de literarum cõmutandarum ratione, Auguſto frequentata; circumvagatur ejuſdem hæc ad filium conſcripta epiſtola: Quia innumera incidunt aſſiduè, quæ ſcribere alterutrum, & ſecreta eſ- *Scytala Laconica.* *Cæſaris ſcribendi ratio.* *Auguſti.*

ſe oporteat: habeamus inter nos Notas, ſi
tales, ut, quicquid ſcribendum ſit, pro u
quaq; litera ſuccedentē ſcribamus hoc m
do, ut pro A ponamus B; & C pro B; &
reliquis in hunc modum, & pro Z du
AA, ut à noviſſima ad duplicatā redeam',
*Ciceronis.* Aliter Cicero, qui ex quorundam ſenten
inſtar Dictionarii librum conſcripſit,
quo ſingulis verbis ſingulas notas, qui
illa ſignificarentur, præfixit; tantáque
Notarum & verborum copia, ut quæcu
Latino ſermone ſcribi poſſent, ſuis notis
primerentur. Sed hæc qualia ſint videam
Scytalam certè ingenioſiſſimus Scaliger
conica appellat nugalia. Nam tametſi
quit, nulla mihi Scytala ſit: tamen pu
*Oſtenditur, quàm nihili ſint modi illi.* temporis momento unam dimetiar. Etc
primâ quaque notulâ deprehensâ, cæter
juſſa veniunt. *Exercit. 327. ad Cardanum.*
tas verò & literarum transpoſitiones, q
artem idem Scaliger *impoſturam* diceba
*delirium*, quî aliter æſtimabo, quàm va
mas, & quæ vel à pueris facilè agnoſci
ant? Obſervata enim Characterum pot
te, qui ſæpius repetuntur, nemo eſt qui
deat, parum admodum ad ſcripti obſcu
tem facere Characterum poteſtatem im
tare, aut etiam figuram: ſiquidem ne la

iptum mentis inquiſitione eruatur, nihil tereſt, Characterem vel barbaricum eſſe, aliam quamvis formam pro Charactere pingi; modò compertum ſit, quo ſermo charta concinnetur, isque ſermo intercepri minimè obſcurus exſiſtat. Ciceronis nq; inventum quod attinet: quis tantum orem in ejusmodi notis perquirendis ci- nauſeam ſubibit, ut tot ſibi Characteres ngat, quot rebus ſingulis, quæ uſu venire ſſunt, ut ſinguli aptentur, ſufficiant. qui- quamvis tutò ſcribi poſſit, quomodo tam paucis diebus, ne dicam horis, idem cõ- s interpretabitur, qui hunc verborum icem retineat? Abeant igitur cum ſua uſtate tam copioſa & frivola Veterùm mmenta. Longè alios aſtus, longè aliam iciem ætas hæc videtur expoſcere: in vel infantes cùm balbutiunt adhuc, & dam ſubdolæ mentis ſigna veluti primi- illis ingeruntur, quaſi à nutricis uberi- ſimul cum lacte illam ſuxiſſe, imò à ma- utero contraxiſſe videantur. Etſi au- in clandeſtina hac ſcribendi ratione do- da, diligentem operam præſtitit Rober- Valturius *lib. 7. de Re Militari, cap. 17.* multò en diligentiùs ea omnia conquiſita & ractata ſunt à Johanne Baptiſta Porta,

*Seculi hujus aſtutia.*

*Notarii tractatio duorum generum.*

*in libro de Furtivis Literar. notis, & lib. 16. Magiæ Natural.* quibus in locis rem omnem d[illegible] in membra partitur: quorum altero de tractat characteribus, vel notis & Zife[illegible] quæ ſub aſpectum quidem cadãt, ſed tech[illegible] aliquibus implicitæ ſunt, quo minùs à qu[illegible] libet poſſint intelligi: Altero modos expl[illegible] cat, quibus Notæ prorſus inconſpicuæ fian[illegible] & deliteſcant, nec unquam, niſi arte quada[illegible] adhibita, cerni queant. Utriusque exem[illegible] ſubjicit ſatis multa: quæ tamen fido pec[illegible] contegenda monet, ne paſſim per manu[illegible] gnari & gregarii hominis pervagantia v[illegible] ſtant. Eum tu, Lector, adire poteris. N[illegible] ſingula huc tranſcribere mihi non fuit in[illegible] grum, cum res peculiarem etiam tracta[illegible] deſideret.

*Notæ cur excogitatæ.*

*Notarii.*

Illud hîc placet adjicere, Notas il[illegible] præter occultanda animi noſtri ſenſa, et[illegible] ob ſcribendi celeritatem fuiſſe excogit[illegible] Sic enim *Notarios* dictos conſtat à Notis[illegible] bus ad ſcribendi compendia utebãtur. M[illegible] cus Manilius *lib. 4.*

*Hic & erit felix ſcriptor, cui litera ver[illegible]*
*Quiq; Notis linguam ſuperet, curſum[illegible]*
*quentis*
*Excipiat, longas nova per compendia vo[illegible]*

T[illegible]

[T]anta quippe horum in ſcribendo erat ve-[l]ocitas,ut ſenſa noſtri pectoris vix dicta jam [m]ens tenerent: quemadmodum de Amanu-[enſ]e ſuo, quælibet velociſſimè excipiente, [ſc]ripſit Auſonius *epigr. 138.* Cui reſpondet [ill]ud Martialis:

*Currant verba licet,manus eſt velocior illis.*
*Nondum lingua, ſuum dextra peregit o-pus.*

[Q]ua in re ſingulariter quoq; excelſuiſſe Tit. [V]eſpaſianum,memoriæ prodidit Tranquil-[lu]s: E pluribus (inquit) comperi, Notis [qu]oque excipere velociſſimè ſolitum,& cum [a]manuenſibus ſuis per ludum jocumq; cer-[ta]ntem, imitari chirographa, quæcunque [e]didiſſet, &c. Scribam autem non tantùm [ſc]ribendi celeritas commendat, ſed & me-[m]oria (ait Cicero *pro Sylla*) ſcientia,& con-[ſu]etudo. inprimis verò Fides. Eratque a-[pu]d Veteres olim ſatis honorificum Scribæ [m]unus. Nemo enim, ait Æmilius Probus, [a]d id admittebatur, niſi honeſto loco na-[tu]s,& cujus cognita eſſet fides atque indu-[ſtr]ia: cùm neceſſum ſit, omnium eum [co]nſiliorum eſſe participem. Ut eos in-

*Scriba requiſita.*

*munus honorificum.*

terim taceam, quos Zaſius refert maxim
in honore apud Reges fuiſſe & Principes,
quibus nihil hîc dicam ambitioſius, ne h
minibus id genus pro animi mei adfectu n
mium indulſiſſe videri poſſim. Videatur t
men, ſi placet, Hieron. Cagnolus *in pr. l. 2*
*de orig. jur. num. 107. cum ſeqq.*

Hæc quæ de ſcribendi celeritate dixi,
memoriam mihi revocant *Ladam*; nobile
illum Alexandri Magni curſorem: cujus
Solinus meminit his verbis; *Primam p*
*mam velocitatis Ladas quidam adeptus eſt, q*
*ita ſupra cavum pulverem curſitavit, ut are*
*pendentibus nulla indicia relinqueret veſtigior*
quò haud dubiè reſpexit Juvenalis, cum
canit:

*Lada celerrimus.*

*—— locupletem optare podagram*
*Haud dubitet Ladas.* ——

De hujus celeritate *lib. 4. Epigramm. Græcor*
exſtant eulogia. At *lib. 2.* luditur Pericles qu
dam ita tardus curſor, ut dubium relinquer
ſederítne an verò cucurrerit. Sanè dum ip
adhuc funis, qui ad carceres ſolebat eſſe, ſo
tum exaudiret, quippe à carceribus nondu
latum progreſſus digitum, interim jam a
um confecto curſu coronatum fuiſſe. Un

Pl

utarchus: Ladam ferunt carcerum funicu-
adhuc in auribus à laxatione ſonante, de-
rſo ſtadio coronam reportaſſe. *in præcept.
rendæ Reip.*

Dixi ſuprà *ad Tit. 10. paulò ante fin.* Home-
m à quodam depictum fuiſſe vomentem.
uem locum de argumentorum & materiæ
ppeditatione etiamnum potiùs, quàm de
ndendorum carminum celeritate inter-
retor. qui ſciam præcipitantiam illam Ve-
ribus nunquam fuiſſe in laude. Sic enim
M. Antonius librum de Ebrietate à ſe ſcri-
tum evomuiſſe, alicubi legitur, in probri lo-
o. Et cùm Agatharchus magnos ſibi ſpiri-
us ſumeret de pingendi celeritate; Zeuxis id
ntelligens, *Diu* (inquit) *ego pingo, quia pingo
ternitati.* Similiter pictori parum perito de
eleritate glorianti, demonſtrataque pinace,
llam modò à ſe pictam dictitanti; reſpondit
obiliſſimus pictor Apelles: *Etiam tacente te
a loquitur, ex tempore pictam.* Quanto com-
endabilius eſt Ariſtidæ ſophiſtæ dictum, à
hiloſtrate *lib. 2.* in ſcripta relatum? quo
arco Imperatori ſciſcitanti, quando ipſum
uditurus foret, reſpondit: Hodiernum di-
m exime, at cras audies. Neque enim vo-
entium è numero ſumus, ſed elaboran-
ium. Etſi enim multis placet extemporalis

*Feſtinatio vituperata.*

*at laudata cunctatio.*

quædam ſcriptitandi ratio & in conficien libris celeritas, velut expromti, atque in n merato poſiti ingenii argumentum: at m hi ( inquit Hadrian. Junius *lib. 4. Anim verſor. cap. 16.*) ſecus videtur, probaturq impenſius diligentia accurata, longiore te pore judicii confirmatore expreſſa. Illic ve ba veluti primoribus in labris nata, aut perficiario ingenii æquore natantia edu tur: hîc lectionis multifariæ opes tanqu è ſanctiore quodam ærario reconditæ pr muntur, & habito delectu rerum verb rumque pondera examinantur felicius, exhibentur. Quid? quod celeriter na celeriter etiam intereunt? Qua in re men Pauſonis Sicyonii ( Plinius Pauſi appellat *libr. 35. cap. 11.*) celeritatem meri

*Pauſonis equus.*

exceperis. Is accepto precio Equum co duxerat pingendum, qui ſe humi volutar cumque locatori currentem exhibuiſſet, quidem pulvere oppletum; iſque expoſtu ret, ſecundum conventionis legem hau quaquam præſtitam ſibi operam, inquit M niſtro ille: Age puer, tabulam inverte, ſic picturam ejus oculis exhibe. quo facto, v dit locator emendatum eſſe quod ſibi diſp cebat, nullumque eſſe amplius querimon locum. Cernere enim erat equum in ter

jace

entem, ſeq; in pulvere volutantem. quod ...nus in Demoſthenis encomio ſcripſit, *Pauſonis equus* proverbialiter de iis uſurpoſſit rebus, quæ minimo negotio ſecundum cujusquam ſententiam accommo...ur. Alciat. *lib. 4. parerg cap. 7.*

## DE CONSPICILIIS.

### TIT. XV.

*MVlti dubitant, utrum Veteres cõſpicilia habuerint, nec ne: quoniam Plinius, rerum omnium ſcri...or diligentiſſimus, nullum de his ver...m faciat: Contrà verò mentio horum ...d Plautum fiat, cum ait,* Conſpicilia

Vitrum cedò, neceſſe eſt conſpicilio uti.

*quod nulla alia de re, quàm de ſpecillis, ...æ vulgò Ocularia dicuntur, poteſt intel...i.*

## NOTAE ſive COMMENTARII.

Etſi Conſpicilium quandoque locum notat, ex quo aliquid poſſis conſpicere, *Conſpicilii ſignificatio.*

quemadmodum Nonius illud Plauti in M
dico, ita interpretatur:

*In conſpicilio adſervabam pallium:*

Tamen hîc loci inſtrumentum id ſignific
quo adhibito res majores videantur. Q
etiam ſenſu illud Plauti incunctanter acc
endum eſt:

*Vitrum cedò, neceſſe eſt conſpicilio uti,*

ut probabile hinc fiat, uſum ejus ſatis ve
ſtum eſſe: quandoquidem & Ptolomæi ſ
cillum, quo ille per ſexcenta millia adv
tantes naves conſpiciebat, memoretur à J
hanne Baptiſta à Porta *lib. 17. Magiæ natu*
*cap. 11.* confectionem inibi ejus ſpecilli
cente, quo & per aliquot millia paſſuum
micos queamus agnoſcere, & viſu debil
loco diſſito & remoto minutiſſimos eti
characteres poſſint legere. Rem meherc
humano uſui cumprimis neceſſariam, &
ait, optices ratione conſtantem. Ideò aut
Pancirollus caput hoc in poſteriorem ha
partem rejecit, quòd cùm nullibi ferè ap
claſſicos ſcriptores Conſpiciliorum fiat m
tio, inter Noviter-reperta non incomm
haberi poſſe videantur. Cæterùm hebeſce
ti viſui Conſpicilia probè opitulari, in
omnes convenit. Iis enim omnia majora
parent, ac ſpiritus viſorii inſtaurantur, at
in

*Ptolomæi conſpicillum.*

*Conſpicilia viſui opitulantur.*

num collecti minùs evaneſcunt aut diſ-
unt. Non tamen conſultum putat Le-
mus *lib. 4. de occult. Naturæ mirac. cap. 6.* ut
plus ſatis maturè illis adſueſcant: ſiqui-
m illis deſtituti, prorſus cæcutiant. Quòd
m hi caligant ac cæcutiunt, ex ſpirituum
opia ac defectu evenit. Quocirca & Specu-
lum reficiunt, quoniam reflecti ac retor-
ri radios contingit, ac ſpiritibus robur
cipere, novis ſubinde à cerebro eò ſeſe cō-
ntibus. Hinc tanti ſemper habita fuit ſpe- *Speculi inſpectio.*
li inſpectio, ut ne Philoſophi quidem ab
libi abſtinendum putârint. *Socrates* certè
ò etiā ſuaſiſſe fertur diſcipulis ſuis, crebrò
ſemet in ſpeculo cōtemplarentur. ubi qui
um foret pulchritudine ſibi complaci-
s impēdiò procuraret, ne dignitatem cor-
ris malis moribus dedecoraret: qui verò
nùs ſe cōmendabilē formâ putaret, ſedulò
rā daret, ut virtutis laude turpitudinē te-
et. Adeò vir omniū ſapientiſſimus, ſpecu-
etiam ad diſciplinā morum utebatur! *De-
ſthenē* verò primariū dicēdi artificem, quis
qui nō ſciat ſemper ante ſpeculum, quaſi
e magiſtrum, cauſſas meditatum? Ita ille
mus Orator, cùm à Platone philoſopho
undiam hauſiſſet, ab Eubulide dialectico
umentationes edidiciſſet: noviſſimā pro-

nunciandi congruentiam ab ſpeculo pet
Etſi enim in omnibus manu faciundis i
ginibus opera diutinò ſumitur, nunq
tamen ſimilitudo æquè ac in ſpeculis c
paret. Deeſt enim & luto vigor, & ſaxo
lor, & picturæ rigor, & motus omnibus,
præcipua fide ſimilitudinem repræſen
Cùm in eo viſitur imago mirè relata, ut ſ
lis ita mobilis, & ad omnem nutum hom
ſui morigera: eadem ſemper contempla
bus æquæva eſt, ab ineunte pueritia ad
euntem ſenectam, tot ętatis vices induit,
varias habitudines corporis participat:
vultus ejusdem lætantis vel dolẽtis imita
ut graviter hac de re diſſerit L. Apulej
*Apologia pro ſe prima.* Jam cùm Philoſoph
ſit placitum, ex oculis & toto è corpore e
porare inſenſibilia corpuſcula: quod ſpe
la demonſtrant, quæ à mulieribus menſt
laborantibus inſpecta conſpurcantur, &
uti ſqualore quodam ex ſitu redduntur
ſita: nil certè mirum eſt, homines viſu qu
*Faſcinum ex oculis.* doque effaſcinari; non quidem omni
ſed eorum potiſſimùm, quorum ſpiritu
impuro ſanguine procreati emittuntur,
*Langius* dicebat, vel, ut *Fracaſtorius*, quor
humõres & ſpiritus adeò remoti ſunt à na
ra aliorum, ut penè venena ſint. Ii igitur c
ce

…to in infantem odio intentiſſimè intuen- … ſpiritus quoſdam ex oculis,& tota è facie …ulantur, qui ad teneros infantis ſpiritus …liciti, eos uti venena ſenſim abſumunt. …am ſententiam & Philip. Beroaldus *ad lib. Apuleji* aſſerit his verbis: Oculus radiorũ …leos in contuentis è regione oculos jacu-…r. hinc virulentus aculeus transverberat …los, & hominis percuſſi præcordia corq; …vulnerat. Inde eſt, quod Plinius *lib. 7.* …2. & Gellius *lib. 9. cap. 4.* tradiderunt, eſſe Triballis & Illyriis quaſdam familias, quæ … effaſcinent interimantq;, quos diutius …eantur, iratis præcipuè oculis, eaſq; ge-…na in oculis pupillâ eſſe cognobiles, atque …s mali contagione impuberes faciliùs affi-… Sunt & hujus generis in Scythia & Ponto …lieres, quæ Bithyæ & Thibiæ dicuntur, & …ero oculo geminam pupillam, altero equi …bent effigiem. Adeò ſolers natura, quæ …ria & cavenda ſunt, ſuis inſignivit chara-…ribus! Atq; utinam in his terminis ea cõ-…iſſet, & nec ad ipſam quoq; linguam fuiſ- progreſſa. Conſtat enim, virulentâ quo-…ndam linguâ ipſam quoque animam cum …pore quandoq; inquinari: ut rectè dixe-… Gregorius Nazianzenus, Linguâ nihil …nicioſius; imò hanc ut equum effrenem

*pupilla gemina.*

*Faſcinum linguâ.*

eſſe,& telum promtiſſimum. Sic enim &
poſtolus Jacobus, Linguã appellaverat e
nem; incoërcibile malum, plenam ven
mortifero: per quam benedicamus Deo
tri,& maledicamus hominibus ad Dei eff
conditis: ex eodem ut ore procedat ben
ctio,& maledictio. *Jacob.3*. Proinde idem
nius & Gellius prodidêre, eſſe quasdam
terra Africa hominum familias,voce at
lingua effaſcinantium; qui ſi impenſiùs f
tè laudaverint pulchras arbores,ſegetes l
ores, infantes amœniores, egregios equ
pecudes partu atq; cultu optimas; emori
tur repentè hæc omnia,nulli aliæ cauſſæ
noxia. Cujus rei rationem adferens Fracal
rius *de Sympathia & Antipath.cap.24*. Exſiſt
te, ait, natura quorundam perinde ac ven
noſa, & ejaculatis ex oculis eorum ſpiriti
perniciosis,nihil prohibet, non infantes
lùm, ſed & grandiores faſcino affici; laud
do autem maximè: quoniam laus propria
ticiam parit, lęticia autem dilatationem t
cordis,tum ſpirituum facit, tum & totius
ciei,& præcipuè oculorum: unde aditus qu
dammodò aperitur veneno, quod à faſci
tore ejaculatur. Qua ex re natum forſitã
ut quidpiam laudaturi, bene priùs omin
mur, ne verba noſtra obſint, ita præfati, D

*Faſcinationis cauſſa.*

id ...

conſervet, ut Langius *lib. 2. Epiſt. 36.* vel ut ...caſtorius ſcripſit, *Verba mea tibi non noceãt.* ...cujus etiam ſententia, ſunt qui, dum lau...ntur, faciem avertunt: non tantùm ut in...cent moleſtam ſibi eſſe laudationem, ſed & ...faſcino ſibi caveant. Jam enim in opinio...e eſt, per laudationes faſcinum fieri. Vete...ad arcendum faſcinum & invidiam, *Præ...ne* præfari ſolebant, vel ſe, vel alios lauda...n. Sic ſervus ille Plautinus in Aſinaria, ...t. 2. Sc. ult. *Præfiſcinè*

*Præfiſcinè, hoc nunc dixerim, nemo etiam me accuſavit*
*Merito meo, neque me Athenis eſt alter hodie quisquam,*
*Cui credi rectè æquè putent.*

...apud Titinnium laudante Chariſio, cùm ...uliercula ſponſam nimiâ laude adfeciſſet, ...altera monetur, ut *Præfiſcini* præfari velit:

*——Paulla mea, amabò pol tu*
*Ad laudem addito Præfiſcini.*

...ſcilicet, addit Chariſius, puella faſcinetur. ...d de hoc videatur Muretus *lib. 9. Variar. le...n, cap. 3.* & Joan. Guilielmus *lib. 2. Veriſimi...m, cap. 15.* Quibus omninò addendus erit ...ancisc. Valleſius, qui ſententiam illam ir...dens, faſcinationem nihil aliud eſſe con...dit, quàm ſuperſtitioſum quendam ti-

morem, ex ſtulta credulitate & vulgari o-
nione profectum. *lib. ſingul. de ſacra philoſ.*
*Oculorum vis.* *cap.69.* Notandum verò inprimis eſt, et
Ægyptiorum diſciplinâ Oculis vim maxi
fuiſſe attributam. Eorum enim tum int
tione, tum remiſſione, tum conjectu, tum
laritate motus animorum explicari; atq;
nimis argutos, quemadmodum animo a
*Oculi fores animi.* cti ſimus, loqui. Hinc celebre eſt Polemo
dictum, Oculos eſſe tanquam fores ani
Per illos enim animũ emicare, indidemq;
nimum introſpici. quo nonnulli Ocul
*verum cordis nuncium* dictitarunt. Sic ap
Eccleſiaſten *cap. ult.* hominis facies voca
platea animæ; & Oculi, aſpicientes per fo
mina: quia in facie ſunt omnes ſenſus. q
propter illic videtur anima, ut in foro ve
ri, ac negotiari cum rebus externis. Senſu
verò perfectiſſimus atq; exactiſſimus eſt
ſus. Quò pertinet illud *Matthai 6.* Luce
corporis tui eſt oculus tuus. Si oculus t
ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucid
erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam,
tum corpus tuum tenebroſum erit. Q
enim phyſici & phyſiognomici de *Corp*
*oculo* affirmant, *Qualis ſcilicet is eſt, talis*
*totum corpus:* hoc Dominus transfert ad
*lum animi,* hoc eſt, intellectum. quaſi dice

[u]t oculus eſt lucerna corporis; ita mens ſeu [i]ntellectus, animæ, quæ eſt præcipua homi[n]is pars, & per quam homo bonus aut malus [d]icitur. Quemadmodum igitur, ut valet o[c]ulus, ita valere agnoſcitur totum corpus: quæ Hippocratis aſſertio eſt, *6. Epidem. ſect.* Ita ut valet intellectus, valet anima, ac per [eu]m totus homo, qui nunc ſignificatur no[m]ine corporis. Si igitur, inquit, oculus tuus [ſi]mplex, hoc eſt, bonus eſt, totum corp⁹ (per [q]uod totus homo intelligitur) erit lucidum. [Si]n oculus eſt nequam, homo totus erit tene[br]oſus. Sic enim locum iſtum interpretatur [F]rancisc. Valleſius *lib. ſingul. de ſacra philoſoph. [ca]p. 84.* Uſque adeò verò tota corporis vis in [o]culis incumbit, ut Zamolxis & Abaris phi[lo]ſophi totius corporis curatione opus eſſe [d]ixerint, ſi quis oculis mederi vellet. quòd ſi [c]orpus curare quis affectaret, animum inpri[m]is depurgandum. quod relatum eſt à Joh. [P]ierio *in præfat. lib. 33. Hieroglyph.* Porrò quem[a]dmodum antiqua gentilium ſuperſtitio, ſin[g]ulas humani corporis particulas, ſingulos [D]eos obtinere exiſtimavit: ita Amoris ſedẽ [in] oculis potiſſimùm collocavit. Id certè Ti[be]rianus *in Prometheo* ita extulit, ut dicat De[o]s ſingulares ſui partes homini contribuiſſe, [qu]as ſibi vendicent, ſuæq; tutelæ proprias

*Singula corporis partes à Diis.*

agnoſcant. Caput itaq; Jovi deferunt, Nep-no pectus, cinctũ Marti, frontem Genio: u-de Deum venerantes, ait Servius, fronte-tangimus. Supercilia in Junonis tutela fui- ait Sex Pompejus, quòd iis protegantur oc-li, per quos luce fruimur, quam à Junone t-bui putabant, Lucinâ inde dictâ. Aurẽ M-moriæ conſecratam refert Servius. Dext- Fidei ſacra eſt: nam in fide porrigitur. Do-ſum & poſticæ partes Plutoni ꝓpriè adſc-bũtur ab Artemidoro. Pedes Mercurio, à D-mocrito. Genua Miſericordiæ; quòd ea ſu-plices attingant, ad hæc manus tendãt, hęc Aras adorent, ut inquit Plinius *lib. 11. cap.* Miſericordiã autem in Dearũ numero fu-ſe olim, teſtatur ejus apud Athenienſes A-teſte Pauſania & Philoſtrato. Tali plantæ pedum in Thetidis poteſtate fuerunt. Dig- Minervę cõſecrati, Servio teſte: Ubera, re- & inguina Veneri. quò referri poteſt ill- Epigrammatarii Rufini ita ab Hadriano J-nio latinè redditũ *lib. 4. Animadverſor. cap*

*Lumina Junonis tibi ſunt, digitiq́; Minerv-*
*Cum Thetidis talis, ubera Cyprigenæ.*

ubi tamen per lumina intelligi debẽt Sup-cilia, ut modò innuimus. Nam oculos Cu-dini, Veneris filio, in quibus excubet, ceu ſ-cula quadam, tribuit Philoſtratus. Opti-

Sc

...nt enim oculi Veneris illices, & potentiſ- ...mũ amoris incitamentum: quorũ fulgor & ...mabilis intuitus quodam quaſi morſu vita- ...populatur, & morſicatim medullas depa- ...tur. Unde Apulej⁹ Fotidis ſuæ oculos *mor- ...antes* ſcitè appellat, *lib. 2.* queẽadmodũ Hora- ...us oculos *in Damalim putres* dixit, hoc eſt, in ...amalis amorem ſolutos. quo ſenſu & Per- ...o *Satyr. 5.* In Venerem putris eſt, qui in hanc ...lutus & profuſus: ductâ Metaphorâ à ſolo, ...uod *2. Georgic.* putre vocat Virgilius:

*Oculi amoris ſedes.*

*Et cui putre ſolum. namq; hoc imitatur arando, &c.*

...gnificans optimum ſolum eſſe ſolutum. ...am cùm aramus, hoc agimus, ut terram ſo- ...tam reddamus. *Turneb. lib. 18. Adverſar. ...ap. 27.*

Accedit ad oculorum gratiam, quòd vel ...lus illorum in homine quidem benevolo ...tuitus, non mediocrem generare videatur ...avitatem. Sic enim Euripides:

*Oculorum gratia.*

*Suave eſt viri benevoli oculos intueri.*

...uos cùm oſculamur, ait Plinius *lib. 11. cap. 33.* ...nimum ipſum videmur attingere. Hinc *O- ...ulisſimum*, pro eo, quod eſt chariſſimum, a- ...ud Plautum & alios frequenter invenias. ...inc illa Luſci hominis ad populum lata ro- ...atio, ut qui ſciens prudens oculum luſco

*Luſci rogatio.*

eripuiſſet, utroq; oculo ipſe orbaretur. Hu-
rogationi ferendæ occaſionem adverſari
dederat, quòd minas ſæpius intentaret, oc
lum ſe illi erepturum, etiamſi pœnam le
laturus, & oculo altero cariturus eſſet. pop
lus æquitate, vel potiùs neceſſitate ratio
perſuaſus legem juſſit: qua tamen nihil le
talionis, quæ populorum omnium quoda
modò communis erat, derogabatur. qui
nim malitiosè alterum excæcaviſſet, æqu
erat, ut ipſe excæcaretur. quod graviter d
putat Joh. Bodinus *lib. 4. de Republ. cap. 3.*

## DE SELLIS, STAPHIIS ET QUORUM SOLEIS.

## TIT. XVI.

Sellæ equorũ.

*SEllas equorũ omnes credunt n
viter inventas, aut ſaltem p
Imperium Rom. introductas e
quandoquidem in ſtatuis antiquis n
cernatur, quòd unquam Sellas equi ha
erint; uti nec in ære, aut toreumatib
Etſi igitur non uſque adeò antiquæ ſu
uſum tamen harum fuiſſe invenio,
perante Conſtantino, Magni illius C*

*ſi*

ſtantini *filio, hoc eſt, anno Chriſti CCCXL. Scribit enim Zonaras, quod Conſtans cum fratre ſuo Conſtantino de Imperii diviſione dimicaturus, in medium Conſtantini exercitum irruerit, & percuſſum eum equo & ſellâ deturbarit. De ſella etiam Theodoſius Magnus loquitur, qui imperare cœpit anno CCCLXXXII. In quadã enim lege præcipit, ne ſella cum frenis & averta, ſexaginta libras auri tranſeat: ea comminatione, ut ſi quis præſcripta moderaminis Imperatorii libramenta transſcenderit, ejus ſella in fruſta cædatur, averta verò fiſci juribus deputetur.* l. quoniam. C. de curſ. publ. lib. 12. *Ejusdem ſellæ mentio quoque fit in conſtitutione Leonis Imperatoris, qui ſolus imperare cœpit anno CCCCLXXII. Ea quippe lege prohibetur, ut nulli prorſus liceat in frenis & equeſtribus ſellis, vel in baltheis ſuis margaritas, ſmaragdos, & hyacinthos adaptare.* l. un. C. Nulli liceat in frenis. lib. 11. *Nicetas quoque in vita Andronici Comneni de Theodoro quodã loquitur, qui ex equi ſella deſcenderit,*

*quam* ἕδραν *nominarant, h. e. ſellam,* 
*qua ſedebatur. Sed & Zonaras idem n*
*men pro ſella equeſtri uſurpat, in vita C*
*ſtantini Monomachi. ut ita extra om*
*dubietatem ſit, Equeſtris ſellæ non adm*
*dum vetus inventum eſſe.*

Staphiæ: Stapedes.

Staphiæ *quoque ſive* Stapedes *quan*
*introducti fuerint, non usque adeò expe*
*tũ eſt. Sed quoniam horum nec veſtigi*
*in marmoribus aut æneis tabulis, & n*
*etiam nomen exſtat: dicto non abſurd*
*videtur, Eos poſt ruinam Imperii Rom*
*fuiſſe invẽtos. Ideoque rei novæ neceſſum*
*iſſe novum quoque excogitare vocabulu*
*quod eſt Staphia, vel Stapes, Stapedis, h*
*eſt, locus in quo pes queat conſiſtere.*

Soleæ equorum.

*Sunt etiam, qui velint, ne calcea*
*quidem olim fuiſſe equos: eò quòd in eq*
*ſtribus ſtatuis ferrea iſta calceamenta n*
*conſpiciantur. Cujus rei cauſam ſanè ha*
*ſcio. Legi tamen, Poppæam Sabinam, Ne*
*nis uxorem chariſſimam, delicatiori*
*ſuis, jumentis ſoleas ex auro induiſſe: ca*
*ris verò ex argento. Id quod illi in m*
*tem haud veniſſet, opinor, multò verò*

*...us factitatum ab ipſa fuiſſet, niſi jam ...um calceari conſueviſſent equi. Nice... ...us circa finem hiſtoriæ ſuæ ſcriptum reli... ...uit, Latinos pulcherrimam ſtatuã eque... ...rem, quæ Ieſu filio Nave, vel, ut alii in... ...erpretantur, Bellerophonti ſacra crede... ...atur, deſtruxiſſe; & ſub ferro calcibus ...brupto, hominis effigiem inveniſſe. Cre... ...o igitur Equis ferreas ſoleas olim indutas ...uiſſe.*

## NOTAE ſive COMMENTARII.

Tradidit Polydorus. Vergilius *lib. 2. de Inventoribus rer. cap. 12.* & Johan. Coraſius *libro ...unto Miſcellan. cap. 2.* Peletronios, qui Theſſaliæ populi sũt, frenos & ephippia primos inveniſſe. quod ut aſſererent, adducti haud dubiè fuerunt illo Plinii loco, quo frenos & ſtrata equorum Peletronium inveniſſe, ſcriptum exſtat *lib. 7. cap. 56.* Crediderunt enim *Equorum ſtratis* Ephippia incunctanter ſignificari. Minùs tamen conſideratè, opinor: cùm eo verbo non tam equeſtris ſella, quã quæ equis injicitur, denotetur. Quicquid enim, ait Varro, inſternebãt, à ſter-

*Ephippia an veteribus in uſu.*

*Strata equorum.*

nendo ſtragulum appellabant: quale eſt il-
lud, quod lectis operiendis inſterni ſolet. S
ſtratum & inſtratum etiam eſt operimen
equorum: cujusmodi Stragulæ Babyloni
feruntur. Joh. Brecheus *in l. inſtratum. 45. ff.*
*verbor. ſignif.* Quo fit, ut cùm Ephippioru
& ſellarum equeſtrium neq; Plinius, neq
etiam ullus alius idoneus auctor memineri
uſum earum priſcis Romanorum tempor
bus nullum fuiſſe exiſtimem. Nec muta
quòd Ephippiorum fiat mentio apud Ho
ratium, *lib. 1. Epiſt. 14.*

*Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.*

Nam ſi genuinam verbi ſignificationem i
tueri volumus, deflectitur ἐφίππιον ἀπὸ τοῦ
ἵππου, ab eo, qui equo inſidet & eo vehitur,
propriè de milite equite dicitur; cui oppo
nitur ὁ πέζος, pedes miles: Unde δρόμος ἐφίπ-
πιος, equeſtris curſus. & quandoque etia
pro certamine currentium equorum ἐφίπ-
πιον accipitur: nihilque abſurdi eſt, ut pr
ſtrato ſive inſtrato equi intelligitur.

*Staphiæ veteribus incognitæ.* At verò adminicula illa, quibus & eq
conſcenduntur faciliùs, & quibus pedes u
trinque inſeruntur, ut quieſcant, & commo
dior fiat ſeſſio; noviter inventa eſſe, dub
tandum non eſt. Nam ut in marmoribus
æneis ſtatuis, itemq; in arcubus triumphal
bu

…s Romæ conſpicitur, antiqui adminiculo …non utebantur: nec quo nomine appelle…r, apud ullum Græcorum aut Latinorum …torum legitur. Vulgus *Staffas*, *Staphias*, …*Stapedes* vocat, quòd in eis pes ſtet com…odè, Cœl. Rhodiginus *ſubſellares*, quòd ſub …la propendeant; Rob. Valturius, *ferrum* …*ſile*. Saltu autem Veteres ſe conjeciſſe in …uos, absque illo, quo dixi, adminiculo, o…ndit Virgilius *lib. 12.*

*Salitio in equos.*

*Infrenant alii currus, ac corpora ſaltu*
*Subjiciunt in equos, & ſtrictis enſibus adſunt.*

…em de Turno, eodem libro:

*Poſcit equos, atque arma ſimul, ſaltuque ſu-*
*perbus*
*Emicat.* ———

…ariùs verò etiam id docet Vegetius *lib. 1.* …on tantùm, inquit, à tyronibus, ſed etiam …ipendiariis militibus Salitio in equos di…ictò eſt ſemper exacta. quem uſum ad hâc …que ætatem, licet cum diſſimulatione, per…iſſe manifeſtum eſt. Equi lignei ſub tecto …eme; æſtate ponebantur in campo. Super …s tyrones primò inermes, dum conſuetu…e proficerent; deinde armati cogebantur …endere. tantaq; cura erat, ut non tantùm

à dextris, ſed etiam à ſiniſtris partibus & i
ſilire & deſilire condiſcerent; evaginatos
jam gladios vel contos tenentes. hoc en
aſſidua meditatione faciebant ſcilicet, ut
tumultu prælii ſine mora aſcenderent, c
tam ſtudioſè exercebantur in pace. Liv
*ſecundi belli Punici lib. 3.* Nec omnes Nu
dæ in dextro locati cornu: ſed quibus D
ſultorum in modum binos trahentibus
quos, inter acerrimam ſæpè pugnam, in
centem equum ex feſſo armatis transſult
mos erat. Tanta velocitas ipſis, tamque d
cile equorum genus! Xenophon Socratic
in eo libro, *qui Equitum præfectus inſcribit*
Poſtquàm verò, equites eſſe oporteat, c
ctum eſt; quánam parte Equites opti
comparentur, hoc in medium conabor e
ponere. Ex his igitur Juniores impelle
atq; adhortari debemus, ut in equos inſil
diſcant: hujus autem rei magiſtrum præc
ptoremque qui adhibuerit, jure laudabit
Natu autem grandiores adſuefacere, ut
ſcandendis equis, Perſico more, ſe invice
adjuvent. Quia verò illa Equos aſcender
ratio non facilè, & nec ſine labore atq; m
leſtia expediri poterat, ab iis præſertim, q
viribus non valebant, nec habebant, qui
equos ipſos tollerent: igitur ad minuendu
illu

ium laborem Viocuri,ſeu qui vias militares
ernebant, in lateribus viarum collocabant
tiores quosdam lapides, & tanquam quæ-
am puſilla ſuggeſta excitabant, ex quibus
rvo negotio quilibet,tenui etiam corporis
mitate, poterat ſe conjicere in dorſum e-
ui.Idem etiã in vita C.Gracchi narrat Plu-
rchus: qui Cajus cũ omni ratione conſule-
t commodis multitudinis:ſtuderetq; cun-
orum Italiæ populorum animum ſibi con-
liare;in aliis etiam plures vias, ſtravit,& cũ
ſas commodas valdè feciſſet atque ornaſ-
t,curavit etiam ut lapidibus certa menſu-
a poſitis, & columellis quibusdam nota-
entur millia paſſuum, & aliis itidem pro-
inquioribus lapidibus effecit, ut qui equo
cherentur, poſſent in eum facilè aſcende-
e,ſine inſtrumento illo, quo huic rei facto
tebantur, cùm in equum imponi vellent.
ræterea (inquit) dimenſo viarum ſpacio,
ngulis Milliariis ( eſt autem Milliarium
aulò minùs quàm octo ſtadia) columnas
pideas ſpacii ſigna proferentes conſtituit:
lios inſuper lapides parum inter ſe diſtan-
es ex utraque viarum parte diſpoſuit, ut ex
lis faciliter,& ſine ſaltu in equos eſſet ad-
cenſus. Quibus ex locis evidenter evincitur,
taphias Romanis antiquitus in uſu non fu-

*Veterum adminicula, equos aſcendendi.*

iſſe; ideoque inventionem harum novam
ſe. quod eleganter docuit Robertus Valtu
us de re militari *lib. 10. cap. 2.* & Petrus Vic
rius *Variar. lection. lib. 37. cap. 15.* Cæter
ex illo Plutarchi loco etiam diſcimus, R
manos itinerum ſpacia miliaribus & lapi
bus fuiſſe dimenſos. quod diſertè etiam p
bat tex. *in l. propter litem. 21. §. fin. ff. de excu
tutor. & §. qui excuſare. Inſt. eod. tit.* in tant
ut Lapis & Miliarium pro uno eodemq
dicatur *in l. 1. §. initio. ff. de officio præf. Urb.*
quòd ſingulis miliariis, auctore Graccho,
pideæ columnæ ſpaciorum ſigna inſcri
habentes fuerunt poſitæ. Unde lapidib
quoque itinerum dimenſionem fieri in
ſum venit. Hoc & Quintilianus indicat *lib
cap. ult.* Reficit quoque (de partitione loqu
tur) audientem certo ſingularum parti
fine, non aliter quàm facientibus iter m
tum detrahunt fatigationis notata inſcrip
lapidibus ſpacia. Boëtius etiam *lib. 3. Geom*
lapides quosdam, quos appellat *Curſorios* a
tiquitas, inſcriptos fuiſſe ait, quibus itine
discriminarentur. Idque pluribus exſequ
tur Barrab. Briſſonius *lib. 4. Selectar. antiqu
cap. 8.* quibus adjiciendum eſt, quod de Mili
rio aureo eſt proditum. Id enim colum
quædam erat, in capite Romani fori pro
æde

*Miliaria lapidibus discreta.*

*Miliarium aureum.*

em Saturni: in quam columnam omnes I-
iæ viæ terminabantur. Plinius *lib.3.* Roma
iditur in regiones 14. compita earum
;.paſs. ejusdem ſpacii menſura currente à
liario in capite Romani fori ſtatuto, ad
gulas portas, quæ ſunt hodiè numero tri-
ta ſeptem. Cornelius Tacitus *lib.17.* Otho
ixus liberto per Tiberianam domum in
ibrum, inde ad Miliarium aureum, ſub
em Saturni pergit. Idem & Tranquillus
totidem penè verbis *in Othonis vita*: Plu-
chus verò *in Galba*, his verbis Miliarium
ſcribit: In forum ibat ad eã partem, in qua
erat aurea columella, ad quam omnes I-
æ viæ terminabantur, hoc eſt, initium &
em capiebant. Quid autem in cauſſa ſit,
ód apud Æmilium Macrum, mille paſſus
n à Miliario Urbis (alii, *Murourbis* legũt)
à continentibus ædificiis numerãdi ſint
*lle paſſus, 154. de verbor. ſignific.* id à Juris no-
interpretibus ad eum locum, & ad *l.2.d.t.*
genter eſt explicatum. quibus adde quod
ton. Auguſtinus ſcribit *libr. 4. Emendat.*
*ap.7.* De Equorum autem ſoleis dicta
aliqua ſunt *lib. 1. Tit. de Equis,*
*fol. 463. & 479.*

# DE QUADRATURA CI[R]-CULI, SEU MODO REDUCENDI QUADRATI AD CIR-CULUM.

## TIT. XVII.

Scibilia, ſed non ſcita.

AUctor eſt Ariſtoteles, M
quidem eſſe ſcibilia vel ſ
poſſe, quæ tamen ſcita nond
ſint, eò quòd via ac modus eorum ign
tur. Exemplum ponit de Quadrato in C
culum reducendo. Id quod nec ipſe,
quisquam alius ad noſtram usque ætat
hãc facere poterat: niſi quòd annis abh
plus minus triginta, Ars iſta fuit inv
ta: quæ mirabile quoddam ſecretum
ſe continet. Græci τετραγωνισμὸν voc

τετραγω-νισμός.

quæ eſt alterius cujusdã figuræ ad circ
reductio. Fit autem hoc modo. Ducen
eſt Circulus AB. cujus area ita met
da, ut Diameter conſtituatur AC. lon
tudine 14. pedum. qui numerus triplic
producit 42. Huic ſi addideris ſeptim
Diametri partem, quæ ſunt 2. proven

44

.Circumferentia enim Circuli triplo
ſeſquiſeptimâ parte major eſt Diame-
o. Intellectâ Circumferentiâ & Diame-
o, facile eſt ◡Aream circuli invenire.
am ſi per dimidietatem, id eſt, per 2. di-
ſerimus diametrum, provenient 7. &
rcumferentiam ſimiliter per 2. prove-
unt 22. qui numerus ultimus per 7. mul-
plicatus, producit 154. quæ, pro ratione
athematica Aream circuli conſtituunt.

Calculus hic eſt:

| | | |
|---|---|---|
| Diameter tota eſt | 14 | 7. Quotiens. |
| Dimidietas eſt | 2 | |
| Circumferentia integra | 44 | 22. Quotiens. |
| Dimidietas eſt | 22 | |

duo Quotientes 22. & 7. inter ſe mul-
licati, conſtituunt ◡Aream circuli 154.

$$\begin{array}{r} 22 \\ 7 \\ \hline 154 \end{array}$$ ◡Area circuli.

at ut Quadratum inveniamus, huic
uale ◡, quod ad hunc reperitur modum.

*Diviſa, quemadmodum factum eſt, D*
*metro in 14. partes, ducenda eſt line*
*undecima parte ad circumferentiam*
*puncto D. ad F. unde angulus fit re*
*cum Diametro. Poſteà ab ultima pa*
*Diametri ducenda eſt linea ad idem p*
*ctū F. & fit linea CF. atq; ita Quadrat*
*illud Circulo erit æquale. Quod ut ver*
*eſſe deprehendatur, neceſſum eſt, ut ipſ*
*Quadrati longitudinem metiamur. M*
*tienda itaq; erit linea CD. quam 11. pe*
*eſſe diximus. Numerus iſte multiplica*
*per 11. conficiet 121. poſteà menſuranda*
*linea D F. & longitudinem ejus hoc m*
*deprehendes. Ducenda erit linea à p*
*cto E, quod circuli centrum eſt, ad F*
*naſcetur triangulus D E F. Linea*
*E F, æqualis eſt dimidiato diametro,*
*eſt 7. pedum, quandoquidem integer D*
*meter 14. pedibus conſtat. Numeru*
*le per 7. multiplicandus erit, & pro*
*nient 49. de quibus detrahendi 16. qui*
*merus eſt multiplicatus Lineæ E D.*
*eſt pedum 4. qui multiplicati faciunt*
*Detractis igitur 16. à 49. reſtabunt*

*ideò potentia Lineæ DF, erit 33. um quo numero conjunctis ſupradictis ...ii, proſilient 154.* Unde apparet, *poten... ...iam Lineæ F, quadratum conſtituere ex ...4. quantam ipſam Aream Circuli diximus.*

## NOTÆ ſive COMMENTARII.

*Quadratura Circuli an poſſibilis.*

...uæſtionis hujus de Quadratura Circuli, an ...ilicet ea poſſibilis ſit, nec ne, jucunda qui... ...em eſt inquiſitio; at explicatio difficilis; co... ...nitio autem cùm ad alia, tum ad multorum ...ocorum Ariſtotelicorum intelligentiam ...erquàm utilis, ut teſtatur Benedictus Pe... ...rius; *de Communibus omnium rer. natural. ...incip. & affection. lib. 10. cap. 19.* Circulum ...utem quadrare conati ſunt, apud Veteres, ...ntiphon, Bryſo, Hippocrates Chius, Eu... ...lides, Archimedes, Apollonius, Porus. E re... ...entioribus Boëtius, Campanus, Cuſanus, ...egiomontanus, Oroncius Finæus, qui ſi ...uàm multa docere atque demonſtrare po... ...citus & aggreſſus eſt, tam multa præſtare ... perficere potuiſſet, immortalem ſanè glo... ...am fuiſſet conſequutus. Et ex Veteribus

*Antiphon.*
*Bryſo.*

quidem Antiphon & Bryſo ſatis nobil
perhibentur Mathematici, vel Ariſtote
reprehenſione *1.phyſicor.tex.11.1.Poſterior,te*
*23.& 1.Elenchor.cap.10.* Nec enim adverſ
ignaros & inertes athletas Ariſtoteles luct
tus eſt, ut diſcipulus ejus Alexander Reg
athletas depoſcebat, cum ad olympicam c
ronam invitaretur. Hippocrates verò Chiu
præterquam quòd & ipſe ab Ariſtotele i
dem ſatis nobilitatus ſit, admirabilis pro
ſus fuit Naturæ, dicam, an fortunæ mir
culo? Hic enim, ut ait Philoponus *in pr*
*mum Ariſtotelis phyſicum*, Mercator, cum
piratarum navem incidiſſet, Athenas ven
rat prædones accuſandi gratia: & cum d
Athenis perſequendi criminis cauſſa mor
retur, acceſſit ad Philoſophos, quorum co
ſuetudine tantum in Geometria profecit,
duas res in Geometria maximas tentar
valdeque promoverit, τετραγωνισμὸν, Qu
draturã circuli, & duplicationem cubi. Ci
culi quidem quadraturam non invenit; ſ
cùm quadraret lunulam, falsò arbitratus e
ex hac Circulum quadrari. Nam ex l
nula quadrata circulum quadratum eſſe a
bitrabatur. Hæc Philoponus. Sed Hipp
cratis, ut & reliquorum omnium de Qu
dratura circuli demonſtrationes, Johann

*Hippocrates Chius.*

Buteo

ſiteon uno libello diligenter collegit, ea-
umque demonſtrationum vitia & errata
ubtiliter & accuratè patefecit. quemadmo-
um & docta exſtat eadem de re Petri Ra-
ni diſputatio, *lib. 1. Scholar. Mathematic. &*
*lib. 19. Geometr.* Adeò nō abſq; ratione dixiſſe
idetur Ariſtoteles: *multa ſciri poſſe, quæ non-
um ſcita ſunt*, ut τέτραγωνισμὸν circuli. Ejus
nim ſcientiā nōdum eſſe quidem, at ipſum
amen eſſe quiddam ſcibile. *in Categor. cap. 3.*
uo ſenſu Marinus *in protheoria Datorum* af-
rmat, Circuli ſcientiam, quamvis nondum
ercepta ſit, percipi tamen poſſe. Idque aliis
uoque in rebus uſu venire credo pluribus:
ctè ut poſſimus dicere, *Maximam partem
rum, quæ ſcimus, eſſe minimam partem eo-
um, quæ ignoramus, aut ſcire poſſumus.* quam
 ſententiam Cardinalis Cuſanus librum
onſcripſit, *de Docta ignorantia.* Ignorantia docta.

Cæterùm quæſtionis iſtius nodum in
iametri & peripheriæ ſive circumferentiæ
atione eſſe P. Ramus putat *in d. libro 19.* Eam
ancirollus hoc capite noſtro diligenter ex-
licat. Cujus demonſtratio ſic habet. De-
onſtrandum eſt, Quadratum Lineæ FC
quare aream circuli propoſiti. Linea DC,
ſt 11. partium talium, qualium tota Dia-
eter eſt 14. Linea EF, eſt radius circuli,

*Schematis demonſtratio.*

ſeu dimidia Diameter, id eſt 7. partium. triangulo igitur rectangulo, DEF, no ſunt duo latera, DE, 4. partium, & EF, 7. pa tium. Ex his duobus notis lateribus, *per p nultimam propoſit. primi Euclidis*, notum fit e jam tertium latus DF. Subtrahe quadratu lateris DE à quadrato lateris EF: reſiduu eſt quadratum lineæ DF.

Latus DE eſt 4. partium, ejus Quadratu eſt 16.

Latus EF eſt 7. partium, ejus Quadratu eſt 49.

EF Quadrat. 49.
DE Quadrat. 16. Subtrahe.

DF. Quadrat. 33. Reſiduum.

Cognitis omnibus lateribus in triangu rectangulo DEF. cognoſcendum etiam i ipſum in altero triangulo rectangulo DF in quo dantur duo latera nota. Lateris D quadratum eſt 33. Lateris DC. quadratu eſt 121. Si enim undecim in ſeipſa multip ces, tot provenient. Ex horum duoru laterum Quadratis cognitis, inveſtigat etiam quadratum tertii lateris FC. quod timum eſt, & ſcopus propoſitus in hac d

mo

monſtratione. Illud enim Quadratum eſt æquale areæ circuli propoſiti. Invenitur autem tertii illius lateris quadratum itidem *per penultimam propoſit.* primi Euclidis. Adde quadratum D F 33. ad quadratum D C 121. Summa erit quadrati F C, 154. quæ etiam area Circuli fuit antè inventa, ut in ipſo textu Pancirolli oſtendimus.

Quadratum Lineæ DC eſt 121.
Quadratum lineæ D F eſt 33. Addendum,

Quadrator. duorum ſumma
eſt area Circuli 154.

Lineæ E F Quadrat. 49.
Lineæ D E Quadrat. 16. Subtrahe,

Lineæ D F Quadrat. 33. Reſiduum.

11
11

11
11

121. Quadr. Lineæ DC.
33. Quadr. lineæ DF.

154. Quadr. lineæ FC.

Hæc duo quadrata addenſa ſunt, & proveniet quadratum lineæ FC. quod quadratum æquale eſt Areæ Circuli.

Hæc eadem ſumma provenit etiam, ſi per
midiam diametrum, id eſt, per 7. multipli
dimidiam circumferentiam Circuli, q
eſt 22.

22
7

154.

Atque hæc quidem propoſiti à Panciro
Schematis demonſtratio, ut puto, vera eſt
qua plura videre poteris, Lector, apud *Jac*
*Iac. Chriſtmannus.* *Chriſtmannum*, profeſſorem Heidelberge
ſem, virum doctiſſimum, in eruditiſſi
ſcripto, cui titulum fecit, *De Quadratura C*
*culi.* quo in tractatu nihil ferè aliud ag
quàm ut Schema iſtud explicet. Quòd ſi q
certiora mihi demonſtraverit, nunquam a
cò perfrictæ frontis fuero & duræ cervic
quin meliora docenti ſim obſecundatur
*Pertinacia quorundam.* Neque enim ex eorum ſum numero, qui ſ
as opiniones adeò pertinaciter defendun
ut refelli, turpe; vinci, nefas eſſe putent:
qui de vita, quàm de propoſita ſusceptaq
opinione malint decedere. cùm præfert
hi neque ſibi ſint, neq; ſuis civibus utiles,
perniciem Reipub. afferre ſoleant: ut gra
ter cenſuit Johan. Bodinus in Methodo h
ſtor. *cap. 5. fol. 123.*

D

# DE TORMENTIS MURALIBUS ET BOMBARDIS.

## TIT. XVIII.

*Ormenta illa bellica, quæ Bombardæ dicuntur, inventa fuerunt à Germano quodam, circa nnum Christi 1378. Eaq; primùm uſurpa- a fuerunt à Venetis, cum Genuenſibus* ad oſſas-Clodias *cōſligentibus, quas hi ſuo onabantur ſubjicere dominio, quibusvis acis conditionibus ſpretis. Sed machinis andem & inſtrumentis hisce fracti Ge- uenſes, ad unum ferè omnes dati fuerunt nternecioni.* **Bombardarū inventio.**

*Dictæ ſunt Bombardæ à ſono, quem dunt. Hinc excogitata fuerunt manualia lla tormenta, quæ vel funiculo incenſo, elrotâ agitatâ globulos projiciunt, ut co- idiè videre eſt. Ideoq; copioſius de his diſ- erere ſuperfluum duco: ſicuti & de pyrio ulvere, ad hunc uſum præparato.* **denominatio.**

*Sclopeti.* Sclopus, *Latina dictio eſt, à ſono, qui e inflationibus earum erumpit. de quo Pe ſius:*

Nec ſclopo tumidas intendis rumpe buccas.

*qui verſus de eo, quem jam dixi, ſono er accipiendus: non verò de illo, qui ex ſcl petis noſtratibus, qui tum temporis no dum exſtiterunt, emittitur.*

## NOTÆ ſive COMMENTARII.

Inter alia Germanorum inventa, no poſtremum locum merentur bellica illa to *Bombarda.* menta, ſive machinæ metallicæ, quæ ignis i cendio, & ſulphureo pulvere, glandes æne flammeasque pilas, & globoſa graviaque ſ xa convolventes, horriſono fragore ac ton tru longè lateq; jactant, muros urbium qu tientes, & obſtantia quæque demolientes. d *unde dicta.* ctæ Bombardæ, à bombo & ſono quem e dunt, quaſi bombizatio quædam ardens, u Robertus Valturius putavit; *de Re milit lib. 10.* quibus cum ſi Catapulta Veterum, antiqua belli tormenta conferantur, ſan hæc puerilia quædam ludicra, ex Bodini ſen tenti

ntia videri poſſint, *in Methodo hiſtor. cap. 7.*
uo fit, ut mirari ſatis nequeam, Valturium
lietiam *Archimedi* Bombardarum inven- *harum author an Archimedes.*
onem attribuiſſe eo tempore, quo Marcel-
s Syracuſas obſidebat, ut Civium ſuorum
ertatem tueretur, patriæque excidium vel
erteret, vel differret. Miror etiam, cur non
*emetrium* Macedoniæ regem illarum Invē- *an Demetrius.*
orem laudaverit: quem conſtat in excogi-
ndis & fabricandis machinis bellicis ita ex-
liſſe ingenium, ut πολιορκητὴς inde fuerit
pellatus; obſtupente Lyſimacho, perſpectâ
achinæ induſtriâ, qua Cilicios oppugna-
at, & divinum vocante Demetrium, teſte
lutarcho *in ejus Vita*. Sed de Archimede ea
fide dictum à Valturio opinor, qua Con-
lvus Mendoza, Maffejus, alii Rerum Indi-
rum Scriptores, à Chinenſibus ut Typo- *an Chinenſes.*
raphiam (qua de re ſuo loco, & quidem *Tit.*
dixinus) ita & bellica iſta tormenta exco-
itata, & multis jam retroactis ſeculis in uſu
uiſſe, non dubitarunt aſſerere. Quibus me-
tò annumeres, qui Machinas iſtas jampri-
em *à Mauris,* antequam earum ulla apud *an Mauri.*
ermanos eſſet noticia, uſurpatas fuiſſe di-
unt. Cui enim perſuadendo veriſimile fieri
oterit, Tormentorum iſtorum uſum, quo
rbibus obſeſſis ad depellendos obſidentes

nihil eſt ſalutarius, tanto temporis interva-lo potuiſſe delitēſcere? cùm, quamprimùm Venetis Bombardarum, Romanis typographiæ uſus eſſet oſtenſus, ſubitò ille ad alios atque item alios fuerit divulgatus, ut iis hodie ubivis gentium & locorum nihil frequentius videas. Magis verò etiam ridiculi ſunt, qui Machinarum iſtarum authorem conſtituunt

*au Salmoneus.*

*——crudeles dantem Salmonea pœnas,*
*Dum flammas Jovis, & ſonitus imitatur Olympi*
*Demens, qui nimbos, & non imitabile fulmen*
*Ære, & cornipedum curſu ſimulabat equorum.*

ut eſt apud Virgilium *6. Æneid.* Nam ut ex verſibus iſtis rectè colligitur, Salmonei machinamentum illud ſine noxa erat, ad terrorem duntaxat incutiendum; ideoq́ue præter inanem ſonum & ſtrepitum fulmini nequaquam adæquandum: quo loco etiam habere poſſis ſagittas igniferas apud Jul. Pollucem *lib. 1. Onom. cap. 10.*

*——& arſuras cœli per inania glandes,*

ut ait Statius Papinius *lib. 10. Thebaid.* Ex funditoris quidem glandes plumbeæ percalefactæ funditoris, liquatæq; ardeſcebant, ſi experimento creditur, & Lucretio *lib. 6.*

plum-

——*plumbea verò*

*Glans etiam longo curſu volvenda liqueſcit.*

*Bombardarum & fulminis collatio.*

Bombardarum ictus à fulmine, quoad ſo-
m, ignem, ictum, itemque effectus (exce-
ſe efficiente & materia) non tantùm nihil
ſert, ſed etiam illud ſuperat. Si enim ad a-
orum imitationem conferre illa libeat, Pli-
ius monet *lib. 2. cap. 54.* unum hominem
on ſemper exſtingui à fulmine; cætera verò
nimalia, quæ quidem fulmini obnoxia ſint,
ò perimi: Naturâ homini hunc quaſi ho-
orem tribuente, cùm alia animalia viribus
ngè præſtent. Machinæ contrà hæ homi-
minimè parcunt. Quinimò cùm fulmen
ſu incidere ſoleat, ideoque inanimata ple-
nque petat, rariſſimè hominem: hæ unius
ntùm ferè læſionem intendunt. Præterea
ulta adferuntur ab Auctoribus contra ful-
inis ictum remedia: qualia à Plinio *lib. 2. cap*
recenſentur, Specus altiores quinque pe-
ibus, in quibus ſe occultaſſe nonnullos me-
oriæ eſt proditū; Lauri frutices, unde lau-
am coronam geſtatam ab aliquibus legi-
us; pelles vituli marini, ex quibus taberna-
la ſibi quidam obduxiſſe dicuntur; pennæ
quilæ, itemque hyacinthi geſtati. At ma-
hinarum iſtarum ictui & violētiæ non mu-
s decempedalis, nedum ineptiæ illæ quic-
quam

quam obſiſterent. Adhæc Nubes, quar concurſu & colliſione tonitru & fulmen citatur, Nolarum ſeu æramentorum ſon temq; ue tormentorum murmure & frag diſperguntur, & vel evaneſcunt, vel aliò pelluntur. At verò Machinarum bellicar furor & vis, ab hoſtibus illata, nullo m ſiſti aut leniri poteſt. Fulmen rurſus cum ferè tantum infert ictum, & unicum rè, & quidem raro, hominem interimit: Il rum autem ictus ſunt perplures, & un quoq; multi ſæpenumerò Mortales pereu Fulgur etiam lumine ſuo, quandoque eti fragor ictum futurum prænunciat: Illæ co trà ſimul ferè & coruſcant, & iciunt: u obmurmurando feriant, & feriendo obm murent; ſicque uno ferè momento glob intra corpus, & ſonum intra aures mitta Tandem multæ dantur regiones & temp anni, frigidiora ſcilicet, ut Septentriona & hyems; Item calidiora, ut Ægyptus & æ intenſior: quibus vel ob frigus nimium lor vaporis exſtinguitur; vel ob caloris mietatem vapor prorſus abſumitur. Con quenter igitur nullæ tunc nubes, neque rum colliſiones, neque etiam fulmina. Co trà verò machinæ hæ per omnes region ſparſæ ſunt, & omni tempore effectum ſu

ſunt producere. quemadmodum latiùs Franciſcus Rota & Paræus inter ſe con-ſunt. Cùm itaq; Machinæ hæ non tantùm ...entur fulmen, ſed etiam ſuperent; fieri poteſt, ut Salmoneus auctor illarum per-... poſſit, cùm poëta hunc dicat non imi-... fulmen] ſimulaſſe: ut rectè collegit ... Rota *cap. 1.* Laudat Plinius Apellem ...orem nobilem, quòd tonitrua, fulgetra ...gura pinxerit, quæ picturâ exprimi vix ...unt. At quanto ars hæc præſtantior, to-...ia ſono damnoque prorſus æmulans! ut ...int incuſare poëtæ antiquum Prome-...um, ad quem Fulgentius providentiam ...quam Græci προμηθείαν dicunt, quare ...n præſenſerit hoc machinę bellicę genus, quare poſteros milites ex marmore Pyre-...non potiùs informaverit, quàm ex mol-...to. Verius eſt, Machinæ iſtius Inven-...em fuiſſe Germanum, conſentientibus ...hiſtoricis, itemque Polydoro Vergi-...*lib. 2. de Inventor. Rer. cap. 11.* Petro Ramo *lib. Scholar. Mathemat.* & Steph. Forcatulo ...*de Imper. & philoſ. Gallor.* ſive Authoris ...us nomen ignoretur, ſive Monachus fue-... Friburgo oriundus, *Conſtantinus Anklitzen*, ſive *Bertholdus Svvartus*, ut à Forcatulo ...minatur; & quidem vitæ monaſticæ, ac certè

*Apelles tonitrua pinxit.*

*Bombarda inventor Germanus.*

certè ocioſæ. Quia enim nihil agendo, ut
cebat M. Cato, malè agere diſcimus, ille m
tallis transformandis incumbens, præter
pinionem æs ſublire cum fragore ſenſit, ig
vi & tenui pulvere tantummodò pulſatu
Chimiſtã enim hunc fuiſſe dicunt, & ſervâ
aliquando domi in mortario pulverem ſu
phureum, cujusdam medicinæ facien
cauſſã; illudque texiſſe lapide, ac inde co
tigiſſe, ut dum ignem ex ſilice propè excu
ret, ſcintilla intrò ceciderit, ſubitoq; flam
eruperit, atque lapidem in altum tulerit. In
ille ejus rei caſu doctus, poſtea factâ ferreâ
ſtulâ, & pulvere confecto, machinam re
riſſe dicitur. Ei igitur fortuna nihil tale
ditanti opus illud objecit, non ſecus atq
Diocli Athenienſi harmoniam; dum v
teſtacea ligno pulſaret. *Suidas verb.* ξυλυφ
Adcò verum eſt, quod Aratus prodidit, N
omnia ſimul edoctos homines à Jove, ſed
huc pleraque occulta manere, quorum a
qua dabit & inpoſterum. Habet ſcilicet N
tura ſcientiarum theſauros innumerabil
qui nullis ætatibus exhauriri poſſunt: ut B
dinus dicebat.

*Inventoris & operis ipſius exſecratio.*

Jam cùm Inventionem hanc Germa
non poſſint eripere Invidi: ut tamen qu
carpant habeant, cùm Invẽtorem, tum op
ipſu

~~*Corpora, tot tetro raptim* [illegible]~~
~~*Censemo in pœnis crescat quoque Numinis*~~
~~[illegible] *&c.*~~

\ec deſunt,qui Machinarum ænearum au-
torem dignum cenſeant, qui ut Perillus
aurum æneum,ita ipſemet tormentum hoc
imus experiretur. Perillus enim Athenien-
s,in fundendo ære celeberrimus, Taurum
aturali ſtaturâ majorem fabricârat,officio-
ſumq; animal & homini ſocium in ejusdem
pplicium acerbiſſimum converterat, mu-
itus promittens igne ſubdito: & quia à ſi-
ulachris Deorum atque hominum avoca-
erat pulcherrimam artem, cruciatum pri-
us experiri juſſus eſt juſtiore ſævitia, puni-
o tormenti authore,talione decantata. Ean-
em propè exercuit Ludovicus XI. Franco-
um Rex, Caveas ferreas quovis carcere du-
iores facere monitus, in pœnam potiùs,
uàm in cuſtodiam miſerorum, qui reatum
ualem qualẽ ſuſtinerent. Nam Epiſcopus
erodunenſis, qui excogitatis primùm his
aveis ſibi placebat, primâ earum incluſus to-
s quatuordecim annis ridiculus & mœrens
bduravit. *Philip. Cumin. in Ludovic. XI.*
*p.136.* & Forcatul. *lib.2. de Imperio & Phi-*
*loſoph. Gallor.*

*Perillitaurus.*

*Cavea ferrea.*

Verùm enimverò etſi machinâ illâ æneâ

nihil peſtilentius eſt Urbibus obſeſſis: negari tamen non poteſt, nihil quoque hoc eſſe ſalutarius, dum obſidentes arcentur, & miſſilis ignis regeritur. Et quid Natura boni dedit hominibus, ſine aliquo malo? Duo præcipua elementa, Aqua & Ignis, hoc patefaciunt, quibus vita maximè fovetur, & maximè perditur, abſorptis urbibus, nedū hominib. Valdeque veriſimile eſt; ſiviſſe Deum ſingulari quodam judicio tam pernicioſum tormentum recenter reperiri, ut mutuo terrore affecti mortales, nec viribus ita confidentes faciliùs alerent concordiam, & bella deteſtarentur, incerti & mortiferi ictus timentes. ... leam, tantum abeſt, ut virorum virtus hac ... tate perierit: ſicuti olim queſtus fertur Agesilao Rege ſatus Archidamus, teli novum genus è Sicilia allatum demiratus: cùm potius hodiè non niſi audacibus & ferè deſperatis ſit præliandum inter grandines flammarum, ut ait Forcatulus *d.l.4.* Hinc illa Herculis Ferrariæ principis querela. Cui cùm *Spingar*... pila (Spingardas autem vocabant min... tormēta tricubitalis longitudinis, glandes pruni majoris magnitudine violenter e... mentes) calcaneum deterſiſſet, maligne ... barbaro more *Coleonem* Venetorum co... præfectum feciſſe dixit, qui viros fortes, ...

*Bombardarū utilitas.*

*Spingarda.*

dio atque haſta pro virtute & gloria dimicā-tes, inuſitata atque horribili pilarum procel-la ſternendos curaret. Ea enim humanitate milites ducesque extra cruorem, per id tem-pus in Italia depugnabant, ut eo prælio, funa-libus accenſis, cùm nox ingrueret, ampliùs quatuor millia cataphractorum equitum, admirabili ridendaque hodiè ſpectaculi con-tentione, concurrerint: Ut bella illa, ſi cum noſtris hoc tempore conferantur, propemo-dum ludicra videri poſſe, Jovius ſcripſe-rit. Atque ita eſſe, res ipſa loquitur: cùm non ſolùm arma tam defenſiva, quàm offen-ſiva mutata, & ad accelerandam mortem, at-que interficiendos homines, pernicioſa arte inventa ſint: verū etiam tormenta illa bellica tam majora, quàm minora, frequentiore in uſu, quàm anteà, eſſe cœperint. quorum vim primi perpeſſi fuerunt Genuenſes, in bello illo à Venetis contra ipſos ad Foſſam-Clo-diam ſuſcepto, circa annum Chriſti milleſi-mum, trecenteſimum, octogeſimum. Genu-enſes enim ſe quidem interfici ſentiebant; quo tamen teli genere, non animadverte-bant. Jam enim tum primùm novum hunc partum Mundus hic pepererat. Planè cùm bellum, ut Thucydides dicebat, non gera-tur certis pactis aut legibus, licebit ſanè cui-

*Acrius hodie pugnatur, quam olim.*

*Veneti Bombardis primi uſi adverſus Genuenſes.*

vis, quemadmodum Antigonus apud Plutarchum ajebat, aut dolo, aut vi, aut apertè, aut per inſidias hoſtem aggredi. Sic enim & Archimedes, quem non tantùm nemo vituperat, ſed omnes admirantur & tantoperè extollunt, hoſtium naves inſtrumentis ſuis ſubmerſiſſe legitur. Quòd ſi bellicæ machinæ propterea exſecrandæ ſunt, quòd noxiæ & lethales ſint: ecquis unquam erit armorum uſus? quamvis alia aliis magis vel minùs ſint lethalia. Magis enim & minùs non mutare ſpeciem, ex Logicis diſcimus, ut idcircò abuſus potiùs tormentorum iſtorum quàm uſus legitimus videatur damnandus. Horum plures ſunt ſpecies; & omnibus cognitę, ideò minùs hîc referendæ. Minora tamen, quibus pedites utuntur, *Sclopeti* vocantur, à ſclopo: qui & ipſe ſonus eſt, ex buccarum inflatione erumpens. Aliis arcubuſius appellatur, ab arcu, cujus vicem gerit in bello (quemadmodum enim olim Sagittarii in primo pugnæ loco conſtituebantur, ita noſtris temporibus Sclopetarii) & à buſi, quod Italis foramen ſignificat: quòd ſcilicet per foramen ignis in tubulum ſeu canalem ingrediatur, & globum incenſo pyrio illo pulvere propellat. De pulveris autem iſtius confectione videri poterit Langius *lib. 2. ep.* 32.

*Sclopeti.*

*Pulvis pyrius.*

92. & unde ſonus ille oriatur, ex Philoſophorũ placitis cõtra Cardanum diſputavit Julius Cæſar Scaliger *Exercitat. 180. c. 3.* & alibi. De Bombardarum verò origine, violentia & impetu, multa ex variis hiſtoricorum monumẽtis decerpta, & cognitione tum jucunda, tum utilia retulit clariſſimus Jurisconſultus Philippus Camerarius, *Operar. ſucciſivar. centur. 2. cap. 28.* quibus in Gentis noſtræ laudem, ob Bombardarum, Horologiorum, & Typographiæ inventionẽ, illud Scaligeri, *Exercitat. 99.* hîc lubet apponere: Bombardâ Jovis iram imitati; Horologiis temporum comites genuimus rotarum circumactiones: tempus ipſum Librorum perpetuitate ſuperavimus.

## DE IGNI GRÆCO.

## TIT. XIX.

*IMperante Conſtantino Pogonato ſive Barbato, excogitata fuit ars, qua ignis ſub aqua concitaretur. Atque hunc ignem Græcum dixerunt, quòd auctorem habuit* Callinicum *Græcum, anno Chriſti DCLXX.* Ignis Græcus

*Hoc Conſtantinopolim delato, Conſtanti-nus in navali pugna contra Saracenos ſe defendit, ut Zonaras in vita Conſtantini prodidit.*

## NOTAE ſive COMMENTARII.

*Pilæ ſub aqua ardentes.*

Etſi Veterib⁹ quoq; uſitatũ fuit, pilas fin-gere, quæ & ſpontaneis accenderentur im-bribus, & projectæ in amnes arderent, pon-tesque & naves accenderent: quem quidem Ignem & Græcum appellatum, & inventio-nem ejus M. Graccho acceptò latã fuiſſe Joh. Langius aſſerit *lib. 2. epiſt. 52.* de quo fortaſſis etiam exaudiendi erunt illi Lucani verſus:

*Quàm pelago diverſa lues! nam pinguibus igni*
*Affixus tædis, & tecto ſulphure vivax*
*Spargitur: ac faciles præbent alimenta carinæ,*
*Nunc pice, nunc liquida rapuêre incendia cer*
*Nec flammas ſuperant undæ, ſparſisq; per aqu*
*Jam ratibus fragmenta ferus ſibi vindicat igni*

*Ignis Græcus.*

longè tamen alia fuit illius ignis ratio, quem propriè Græcum dicimus, & qui authorem habet *Callinicum*, qui Heliopoli fugiens Ro-manos Imperatores id genus docuit. E uſus fuit Conſtantinus Pogonatus ſive Bar-batus, cùm Saracenica claſſis ad Byzantium usq; acceſſerat quidem, ſed inde repulſa Cy-zicu

zicum occupârat. Cumq́; toto ſeptennio in eo loco commoraretur, ſæpè dimicatum eſt ad Byzantium, donec tandem architecti Callinici arte ignes ſub aqua facti naves Saracenicas incenderunt: quare magna multitudine deleta, reliqui fugere coacti ſunt. [redacted] Eaq; machinatione Saraceni haud dubiè plus damni ſenſerunt, quàm Syracuſii, quorum vires Archimedes comburentibus ſpeculis fruſtraſſe legitur. Illo igitur igni Græco non mirũ eſt alios quoq; & quidem felici cũ ſucceſſu fuiſſe uſos. Inter quos Leo Imperator præcipuè commemoratur. Nam cũ Orientales populi adverſus Conſtantinopolim urbem hoſtiliter navigaſſent Dromonibus mille octingentis; Leo Imperator igniferis navibus contra eos directis, hoc ignis genere omnes abſumſit. Idem paulò poſt CCCC. hoſtium naves, itemq́; CCCL. eodem igni confecit. ſi verum eſt, quod Robertus Valturius prodidit *lib. 11. De re militari, cap. 9.* græci hujus ignis confectionem inibi docens: Fit bullitio, inquit, ſaligni carbonis, ſalis, ardentis aquæ vitæ, ſulphuris, picis, thuriſq́ue cum molis Æthiopum lanæ filo, & camphora, quæ, dictu mirabile, ſola ardet in a-

Archimedes.

Leo Imp.

qua, materiam omnem adurens. quam ean-
dem Ignis hujus conficiendi rationem, e
Valturio, ejus tamen nomine, ut ſolet, diſſi-
mulato, Joh. Baptiſta à Porta totidem verb
retulit *lib. 12. Magiæ natural.* ex Promethei in-
ſtituto ignem per annum in ferula aſſerva
poſſe, ex eodem Valturio adjiciens, ad quo
alluſiſſe videtur Martialis eo diſticho: cap 2.

*Invitæ nimium pueris, grateq; Magiſtris,*
*Clara Prometheo munere ligna ſumus.*

Sed de id genus Ignibus arte admirandis vi-
dendus omninò erit Jul. Cæſar Scaliger *Ex-*
*ercitat. cap. 3. ad Cardan.*

## DE TORNEAMENTIS, QUÆ vulgò GIOSTRE DICUNTUR.

## TIT. XX.

Gioſtre, ſive Torneamenta.

*GIoſtre, ſive ludicra iſta belliſſim... lachra, inventa ſunt à Manue... Comneno Imperatore Conſtan... tinopolitano, ut ait Nicetas, qui ad annum uſq; 1214. ſcripſit. Ante eum non legitu... ſub Imperio Rom. exercitium iſtud in uſ... fuiſſe, quod, ut ſtrenuitatis & virtutis a...*

gumen

umentum eſt; ita non caret ingenti pe-
culo: quandoquidem multi per hoc in-
ternecioni fuerint dati. Nec enim igno-
tus eſt Regis Henrici caſus. & ego multos
udi commiſſos ſe mutuò conficere. Itaque
emes Selimi Turcarum regis frater, Ro-
mæ à Pontifice Alexandro, interrogatus
ſt multos ictus, Ecquid ipſi placerent
udicra hæc belli ſimulachra: Sancte Pa-
ter, reſpondit, Si ſeriò hoc fit, parum mihi
e videtur: Sin joco, poßit etiam id ni-
ium eſſe. Nicetas lib. 3 faſtuoſum ejus-
modi ludicrum recenſet, quod Manuel
omnenus Antiochiæ Latinis exhibuit.
um enim hi terram ſanctam occupatu-
, ſtrenuos ſeſe in equis & lancea præbe-
nt; Manuel oſtenſurus Græcos Latinis
feriores non eſſe, neque his ceſſuros, or-
navit, ut ſtato die cum haſtis velitari-
s, ferro tamen non acuminatis, mutuò
i occurrerent. Itaq; inveſte Imperato-
a comparuit, Græcis probè munitis co-
itatus, & Latinorum duos è ſella in ter-
m deturbavit.

quàm periculoſa.

Xx 5

## NOTÆ ſive COMMENTARII.

*Torneamenta.*

Torneaméta, ſive haſtiludia, & ludicra i belli ſimulachra, de quibus hoc diſſeritur c pite, Pontifex quaſi quasdam nundinas a pellat & ferias, in quibus Milites ex condic (quidam ex *conducto*, alii *edicto* legunt) ad o tentationem virium ſuarum & audaciæ co venire ſolent, & temerè congredi. *can. 1. Ex de Torneam.* Etſi autem exercitium iſtu virtutis & ſtrenuitatis argumentum eſt: qu tamen, ut Pancirollus rectè monuit, inge ti periculo non caret, quandoquidem, ut eodem reſcriptum eſt Pontifice, mortes h minum & animarum pericula ſæpè in

*Cur prohibita.*

proveniant: non immeritò id videtur can num ſanctionibus prohibitum: licet ali quin jure civili ſi in colluctatione, vel pa cratio alius alium in publico occiderit, ex omnem pœnam ſit, etiam Legis Aquiliæ ctione ceſſante: quia gloriæ cauſſa & virt tis, non injuriæ gratia videatur damnum tum, ut Ulpianus reſpondit *l. qua actione* ad *L. Aquil.* Pancratium autem, quod & P*tathlum & Quinquertium* dicitur, quinq dorum generibus conſtitiſſe, nimirum C ſu, Luctu, Saltu, Jactu, & Pugillatu cum ce oſtendimus *lib. 1. Tit. de Palæſtris.*

T

Torneamenta verò illa Duelli ſive ſin- ...laris certaminis imaginem eſſe res ipſa lo- ...uitur. Atqui duellum Stygii tyranni, bella ...endo invehere meditantis rudimentum ...iſſe, & exinde digladiationis hujus uſum ...tuſtiſſimum eſſe, ambigendum non eſt. ...ale fuit bellum illud, quod *à Dæmone inventa.*

*——incidit inter*
*Hectora Priamidem, animoſum atq; inter*
*Achillem.*
*Ira fuit capitalis: ut ultima divideret mors.*
*Non aliam ob cauſſam, niſi quòd virtus*
*in utroq;*
*Summa fuit, &c.*

...eſt apud Horatium *libr. 1. Sermon. Satyra 7.* ...am ſi fortes dicimus, non qui patiuntur, ...d qui propulſant injuriam: cur, quæſo, ...laudabimus Marcellos, Torquatos, Cor- ...nos, qui provocantes hoſtes magna ſua, ...orumque gloria proſtraverunt? Publium ...pionem, qui poſteà cognominatus eſt A- ...canus, laudant multi, quòd in Hiſpania ...barum provocantem ſingulari certami- ...occiderit. *Eutropius [illegible] Roman.* ...quis unquam vituperavit Alexandrum ...cedonem, quòd ad Granicum pugnam ...[illegible] quandam fortiter [illegible]; *Scipio Africanus.* *Alexander.*

genere Perſam, ſingulari certamine, lan
unâ per medium pectus transfixâ, atque
ſubinde in faciem deductâ occîdit? *Diod.*
*cul. de geſtis Alex.* Alios, quorum infin
adduci poſſent exempla, ſciens prudensq
prætereo. Etſi enim decretis Pontificu
inprimis verò Nicolai Papæ, omnis Mon
machia Chriſtianis eſt prohibita: eò qu
eam ſectantes, Deum ſolummodò tent
videantur. *can. Monomachiam. 2. q. 5.* con
Frotho. tamen Frotho Danorum Rex legem tul
memoratur, ut omnis controverſia aut
ferro decerneretur. Exiſtimabat enim ſ
cioſius eſſe, viribus, quibus nos Deus & N
tura dotârunt, quàm verbis confligere. *S*
*lib. 5. hiſtor. Danor.* Solent quippe pugn
tes Deum Opt. Max. veluti veritatis & a
judicem in duello ſibi conſtituere. [redacted]

[redacted]

Cæterùm ne in infinitum protrahere-
ſta pugnandi licentia,certis quibusdam
bus,ultra quos Duellum non permitti-
, ea eſt coarctata. qua de re conſuli po-
t Claudius Coteræus *lib.3.de jure militum.*
3. & ANDREAS ALCIATUS, cujus
*ſingulari certamine* verè ſingularis & do-
na multijuga refertus exſtat liber. quibus
ungi omninò debet, quod in eandem
literis conſignavit Philippus Camera-
s *Operar. ſucciſivar. Centur. 2. cap. 19. 20. & 21.*

[redacted]

Interim illud hîc disquirere lubeat, cùm
duello vel ſingulari illo certamine paritas
m maximè attendi, & imparitas contrà
iſſimam rejectionis cauſſam præſtare lo-
: ſi provocatus vel claudus vel oculo ca-
s ſit,vel alio mancus membro:an provo-
us & ipſe claudicare, vel cocles fieri debe-
nſtarq; perduellis ſui debilitari? Et quã-

*Luſci provocatio.*

vis, ſunt, qui rei militaris peritos ſe offere
res [illegible], & Cyclopi [illegible]
vocatori [illegible]
oculum [illegible] eodem [illegible] minò
culum: nec enim æquè conditionis fore,
altero amiſſo, alter illi ſupereſſet, provoca
autem nullus: Alciato tamen ea ſenten
meritò ridicula videtur, & illi non abſimil
qua craſſus quidam & ventrioſus, vadimo
nio cū pumiceo & macro contendebat, ſe
illum curſu prævorſurum aſſeverabat, du
æquali meta pariq; lance omnia peragere
tur. Depoſito pignore petebat ventrioſus,
ſicco tantum ponderis annecteretur, qua
to ipſe propter abdomen illo gravior eſſe
Contrà ſiccus ventrioſum inedia & fa
ita macerandum ajebat, ut ſubductiore
qualiculo, levior factus, æquali lance ſecu
contendere poſſet. Sunt enim hæc, ait Al
tus, nimiæ ſubtilitatis, & in lege XII. ta
qua talio permittebatur, conſenſu docti
rum, tacito uſu abolita, ut apud Gellium el
ganter diſputat Sex. Cæcilius *lib. 20. Noct. A*
*ticar. cap. 1.* Expeditius itaque putaverit ide
Alciatus, ut ſi provocator ipſe captus ocu
ſit, ſibi imputet, qui integrum homine
compellaverit: prævidereque debuit, po
provocatum caſſidem eligere, utro malue

ocu

…culo obtuſam. Nec enim provocantis vi-
…um provocato obeſſe debet, quin arbitra-
… ſuo eligat. Quod ſi provocatus tali vitio
…boret, habebit unde ſe propter imbecilli-
…m excuſet, cùm id juris ipſi competat. a-
…oquin & ipſe ſibi imputet, qui certamen
…ectare noluerit.

Nec verò ſilentio prætereundum eſt, …od etſi is, qui hoſtem ſuperaverat, domum …n tibicinibus & varia cum ſolennitate …mposè ſolebat deduci: Diogenes tamen …nicus Cicermum è victoria Pancratii re…ntem, coronâ caput ornatum, palmam …nu gerentem, ſequente gratulantium …xima multitudine, conſpicatus; Quæ…m te cauſſa, inquit, ſupra cæteros effert? …m reſpondiſſet, ſe omnes in colluctatio… ſuperaſſe: Agè, inquit Diogenes, for…résne, an pares, an imbecilliores viciſti? …on enim te fortiores ſunt, quos ſuperaſti: … pares, cùm tu major illis inventus ſis. Se…itur ergò, ut qui ſuccubuerunt, inferiores …t. Atqui & ipſe eos, qui me debiliores …t, facilimè vincam. nullum enim hoc o…æ precium eſt. Mitte igitur inhonora…n hoc certaminis genus, quo vires tuas …periris, quæ vel modica ægritudine, vel le…aſu, vel ſaltem ſenectute quàmprimùm

*Victoris deducendi forma.*

*à Diogene improbata.*

comminuentur. quin potiùs, adverſus ani-
vitia pro virtute contende, atque libidi-
gulæ, luxuriæ, ambitioni, ſuperbiæ, caſti-
tem, paſimoniam, exſilium, tolerantiam, h-
manarum rerum contemtum oppone; in
his fortitudinem animi & induſtriam tua
exerceto. Sic enim beatus eris, & miſera
hanc vitam nihili facies. Quibus auditis, C-
cermus palmam & coronam abjecit, faut-
resque & comites miſſos fecit. Quod dictu-
& factum ego Pancratiaſtis etiam atq; etia
cogitandum & imitandum ſuadeo.

## DE QUINTANA.

### TIT. XXI.

Quintana.

*Uintanæ uſus ſatis quidem an-
quus eſt, non joci, ſed exerc-
gratiâ inſtitutus. Romani en-
in Caſtris quatuor faciebant Vias, ad-
ſtar magnæ cujuſdam Crucis: & ex
parte aliam inſuper addebant, & ha-
quoniam quinta erat,* Quintanam *no-
nabant, ut ait Vegetius. In hac via q-
dem palum terræ infigebant, & ad*

*xercebant ſe Milites, non ſecus ac ſi homo quiſpiam ibi fuiſſet conſtitutus. Atque* *ud exercitium*, ad palum *nuncupabant. Noſtri* Quintanam *ab exercitio ad* *um & voluptatem transtulerunt, pa-* *m ſimiliter fingentes, & ut hominem* *eſtientes. Remanſitque Quintanæ no-* *en, à modò dicta via Quintana, in qua* *milites exercitabantur.*

## NOTÆ ſive COMMENTARII.

Exercitum M. Varro inde dictum autumat, quòd melior fiat exercitando. *lib.4. Ling. Lat.* Nam cùm omnes artes, omniaque opera quotidiano uſu & jugi exercitatione proficiant: idque in parvis verum ſit; quanto magis, ait Vegetius, decet hoc in magnis cuſtodiri. *lib.2. de re militari.* quibus militarem iſtam ſcientiã annumerare quid dubites? cùm, ut idem dicebat *in præfat. lib.3.* ſine hac aliæ artes eſſe non poſſint. Hinc Caſſius, Miſerum eſſe dicebat, cum exerceantur athletæ, venatores & gladiatores; non exerceri milites, quibus minor eſſet futurus labor, ſi conſuetus eſſet. Apud Romanos igi- *Exercitatio in re militari.*

*Campidocto-res.*

tur publicè adhibebantur *Campidoctores*,q & vitandi & inferendi ictus ſubtiliorem, inquit Valerius, rationem milites docerent & quidem punctim feriendi hoſtes : quo longè melius, quã cæſim eſſe exiſtimavit V getius. Exercebantur itidem tyrones mili ri gradu, curſu ac ſaltu; & nec jaculis ta tum atque arcu uti docebantur, ſed & equ agitare, eruptionem facere, ſeſe recipe muris ſcalas admovere, in ſummum agg rem aſcendere, tranare flumina, pugnare orbem, cuneos facere, quadratis agmin bus incedere, ordines usque ſervare, & lia ejuscemodi, etiam in ludicris certa nibus:

*Ante Urbem pueri, & primævo flore juv*
*tus*
*Exercentur equis, domitantq; in pulvere c*
*rus,*
*Aut acres tendunt arcus, aut lenta lacerti*
*Spicula contorquent, curſuq; ictuq; laceſſu*

ut eſt apud Virgilium *lib.7. Æneid.* Hin la in Equum *Salitio*, de qua paulò antè d mus *ad Tit. 16.* hinc etiam iſta *ad Pal exercitatio*, quam Pancirollus *Quintan* via iſtius nominis appellatam rectè pu Diſcebant præterea Milites & arma ſimu

larcinas, iter militari gradu facientes comportare. quò alluſit idem poëta Georgic. 3.

*Non ſecus ac patriis acer Romanus in armis*
*Injuſto ſub faſce viam cùm carpit, & hoſtem*
*Ante expectatũ poſitis ſtat in agmine caſtris.*

Unde Cicero 2. *Tuſculanar. Quæſt.* Noſtri (inquit) exercitus primùm, unde nomen habeant, vides: deinde qui labor, quantus agminis, ferre plus dimidiati menſis cibaria, ferre ſi quid ad uſum velint, ferre vallum. Nam ſcutum, gladium, galeam in onere noſtri milites non plus numerant, quàm humeros, lacertos, manus. Arma enim membra militis eſſe dicunt: quæ quidem ita geruntur aptè, ut ſi uſus foret, abjectis oneribus, expeditis armis, veluti membris pugnare poſſint. Sed & Romæ gladiatorios ludos ideò inſtitutos ferunt, ut aſſuefierent pueri ſanguinem ac vulnera cernere, ut poſteà in acie rem ut novam atq; horribilem non expaveſcerent. Rectè enim Seneca: Quem in ipſa re trepidare nolueris, ante rem exerceas. *Epiſt. 23.* Quò referri poteſt illud Virgilii 3. Georgic.

*Et tentat ſeſe, atq; iraſci in cornua diſcit,*
*Arboris obnixus trunco; ventosq; laceſſit*
*Ictibus, & ſparsâ pugnam proludit arenâ.*

ubi *Proludere*, eſt futuram pugnam meditari, & exercendarum virium cauſsâ, confirmandique animi, ſimulachrum certaminis inire. ut Budæus explicat *in l. ſi proluſorio, 14 ff. de appellat.* & Alciatus *lib. 8. parerg. cap. 24.* Denique quicquid agere milites maluerunt, quàm deſidia & ocio marceſcere, memores ſcilicet, quòd, ut ait Horatius,

*Ocium & Reges prius, & beatas*
*Perdidit urbes.*

Unde meritis laudibus ab Æmilio Probo extollitur *Iphicrates*, cum dicat, Neminem unquam in Græcia copias neque exercitatiores, neque magis dicto audientes habuiſſe. Et *Philippus* ignobile antè regnum Macedoniæ adeò auxit & illuſtravit, ut inter nobiliſſima regna pòſt numeraretur. Id quod aliunde conſequutus nõ fuerat, quàm quod tantam diligentiam in militibus exercendis adhibuiſſet. Cujus rei exempla plura peti poterunt à Vincentio Caſtellano *lib. 2. de officio Regis, cap. 16.* & J. Lipſio *lib. 5. Politicor. cap. 13.*

DE

# DE MOLETRINIS.

## TIT. XXII.

*PRocopius author eſt, Beliſarium Juſtiniani Ducem, in Urbe Roma à Gothis obſeſſum, inveniſſe viã rationem, ut Molæ aquâ agitatæ frumentum frangerent. quod & Blondus ſequitur. Plinius tamen* lib. 18. cap. 10. *mentionem facit rotarum, quas aqua obiter verſabat. Sed uſum iſtum aliquamdiu intermiſſum credo; poſteà verò à Beliſario renovatum.* Molæ aquariæ.

## NOTÆ ſive COMMENTARII.

Moletrinæ eodẽ inclinatu, quo furatrinæ, ſeratrina, & fœtutrina, Latinè rectè dicũtur: *Moletrinæ.* ut ſint Molæ à molendo ſic dictæ; vel ut apud Varronem, *lib. 4. de Ling. Lat.* legit Scaliger, à molliendo, quòd harum motu eò conjecta molliantur. Per has hodiè intelliguntur, quæ aquarum rotatu circumaguntur: quas propterea Imp. Zeno Aquæ-molas appellat *in l. decernimus, 10. C. de aquæductu. lib. 11.* quarũ **Aquæ-molæ.**

cum agendi ſcilicet molas adjudicabãtur. E
per aſinum *machinarium* ] Conſultus intelli
gere videtur Molendarium, qui molit, id eſt
qui molam machinâ quadam incluſam vol
vit & torquet: cùm ita ſcribit: Prędiis legatis
& quæ eorum prædiorum colendorum cau
ſa emta parataq; eſſent, Alfenus putavit, et
jam aſinum machinarium legatum videri, *l.*
*cum quæreretur. 60. §. fin. de legat. 3.* Similiter pi
ſtrinalia pondera Auſonius vocat machina
lia, eo verſu:

*Qui machinali ſaxa volvunt pondere.*

Quemadmodũ & amica de Machinis emta à
Q. Cicerone *lib. de petit. conſulat.* ea fortaſſis di
citur, quæ de piſtrino vel Mola eſt. Præterea
ad Fornacaliorum ſimilitudinem etiam *Ve-*
*ſtalia* ſacra inſtituta accepi, quæ cùm celebra
rentur, convivia paſſim ante focos agitaban
tur, & cibi etiam virginibus Veſtalibus à Ci
vibus mittebantur Deæ Veſtæ libandi. Sed
& aſini coronati, atque è pane quaſi monilia
quędam gerentes circumducebantur per Ur
bem: Molæ item ſertis & floribus ornaban
tur & quieſcebant. Quarum ceremoniarum
& rituum cauſſas Ovidius diligenter inqui
rit & explicat; videlicet, quòd olim nullus
Molarum uſus fuerit, ſed farra ſolummodò

*Veſtalia ſacra.*

in

[illegible]s furnis, Veſtę, hoc eſt, ignis beneficio torre- [illegible]conſueverint: indeq; mos ſervatus fuerit, [illegible]t hoc die & foci, & Domina focorum, quæ Veſta eſt, à piſtoribus colerentur, & aſini, qui [illegible]nnis temporibus Veſtæ beneficio à cir- [illegible]umagendis molis immunes eſſent, itidem [illegible]acarent & feriarentur. Cur autem iidem A- [illegible]ni floribus coronati, panes ex collo depen- [illegible]entes geſtare ſolerẽt, hanc rationem affert; [illegible]uia ſcilicet aſini Sileni clamore, Veſta è ſo- [illegible]nis excitata, inſidias & libidinem Priapi ef- [illegible]ugiſſet; qua de re Ovidius in Faſtis:

*Venit in hos annos aliquid de more vetuſto,*
*Fert miſſos Veſtæ pura patella cibos,*

& quæ ſequuntur. Verùm quamvis ea ita [illegible]e habeant: auctor tamen eſt Procopius, Mo- [illegible]as olim Romæ in Tiberi paratas fuiſſe, ad [illegible]molendi uſum. quia, inquit, in anguſtum ibi [illegible]timò aquarum ingens vis cogitur, ac per ca- [illegible]alem mox in præceps acta, violentiùs defer- [illegible]ur ac ruit. Quo nomine videntur Romani [illegible]eteres collem Janiculi muro circummuniſ- [illegible]e, hoſtibus ad Molas aſſultus ne pateret, ut Cœl. Rhodiginus explicat *lib. 9. Antiqua. lect. cap. 16.* ut vel hinc probabile fiat, etiam A- [illegible]quariarum molarum uſum Veteribus non [illegible]prorſum fuiſſe incognitum: ipſo præſertim Plinio rotarum mentionem faciente, quas

*Molarum uſus interpolatus.*

ad molendi uſum aqua obiter verſaret. *lib. 1... cap. 10.* Sed, ut vera eſt Pancirolli noſtri ſen- tentia, potuit iſte Molarum uſus aliquandi... intermiſſus fuiſſe, & poſteà rurſum introdu- ctus. quod in aliis quoque obtigiſſe, alibi... me fuit oſtenſum.

*Molarum honor.*

Tanto autem olim in honore fuerun... Molæ, ut in comprecationib. Deûm immor- talium, quæ referente Gellio *lib. 13. cap. 21*, rit... Romano fiebant, nominarentur & Mol... Martis. Fuerunt enim Martis filiæ creditæ, &...

*Mola, Dea*

Deę indigitatæ Molæ: de nomine credo Mo- larum; quòd ut Molis fruges terantur, ita ... bellis homines Mars frangat & comminua... ex Adriani Turnebi interpretatione *libr. 1... Adverſar. cap. 11.* Quo fit, ut, etſi piſtrinoru... Curatores perſonale munus ineant, *l. mun...*

*Piſtorum privilegia.*

*rum. 18. ff. de vacat. & excuſat. mun* à tutela ta- men, quæ & ipſa perſonale munus eſt, excu- ſentur, qui in piſtorum collegio ſunt conſti- tuti. *l. ult. ff. de excuſat.* Hinc circa conficien... pollinis curam, panis excoctionem, & piſtri- ni obſequium, multa tam ſolicitè conſtitut... legimus *in l. maximarum. 12. C. de excuſat. mun. lib. 10.* in tantum, ut in piſtoriis cauſſis, & hi...

*ob annonam nulla habetur feriarum ratio.*

quæ ad annonam publicam, qua carere null... die poſſumus, pertinẽt, etiam feriarum null... habeatur ratio *l. publicas. 5. §. piſtoriis, C. de feri...*

ip...

ſo etiam Pontifice facilè hoc caſu indul-
ente, & contra divinam ſanctionem diſpen-
ante in c. 3. Extr. eod. ne ſcilicet occaſione mo-
menti pereat cõmoditas cœleſti proviſione
conceſſa, ut Conſtantinus reſcripſit in l. omnes.
C. eod. quam tamen cõſtitutionem Leo Im- *imò habenda.*
perator gravibus de cauſſis correxit *Novel. 54.*
prætenſam illam fructuum conſervationem
nullius momenti, req; vera futilem eſſe do-
cens: cùm nõ agriculturæ diligentia, ſed So-
lis virtus, quando frugum largitori viſum ſit,
fructuum abundantiam ſuppeditet. Et cùm
e ſeptem diebus unus in Domini honorem
conſecratus ſit: religionis prorſus diſſolutæ
fuerit, nos aliorum dierum ad opera uſu con-
tentos non eſſe, neq; illum Domino eximi-
um & inviolatum cõſervare; ſed ipſum etiam
vulgarem facere, noſtriſq; operibus applicã-
dum putare. qua in re vel ipſis etiam Judæis
deteriores fuerimus, qui tantoperè Sabbathi
diem venerabantur, ut ab omni prorſus ope-
re abſtinerent. Hinc Juvenalis diem illum
ignavum vocat, Satyra 14.

*Sed pater in cauſſa, cui ſeptima quæq; fuit lux* **Sabbathum Ignavum.**
*Ignava.* ———

Nec tantũ, ut ne pedibus quidem iter eo die
pro libitu facere liceret. quod expreſſiſſe vi-
detur idem Poëta, Satyr. 6.

*Obſervant ubi feſta mero pede Sabbatha reg*

*Iter Sabbathi.*

verba enim illa, *Mero pede*, iter Sabbathi nuũt, quod circiter 2000. paſſuum erat, minorum ſcilicet ſive mediocrium, quos J. Druſus bis mille cubitos interpretatur. *lib, 2. Obſervat. cap. 9.*

*Latronum captura etiã die feriato permiſſa.*

Facit tamen enormis Latronum improbitas, ut ad meritum rapi ſupplicium quovi die feſto poſſint, ne eo quidem excepto, qu de Diabolo ac morte glorioſiſſimè triumphanti Chriſto ſacer eſt, & omnibus meri ſolemnis eſſe debet. Sic enim Honorius Theodoſius reſcripſerunt: Provinciaru præſides moneantur, ut in quæſtionibus latronum, & maximè Iſaurorum, nullum Quadrageſimæ tempus, & nec venerabilem Paſchæ diem exiſtiment excipiendum: ne diffe ratur ſceleratorum proditio conſiliorum quæ per latronum tormenta quærenda eſt cùm facilimè & in hoc ſummi Numinis ſp retur venia, per quod multorum ſalus & in columitas procuratur. *l. pen. C. de feriis.* quo loco obiter ſciendum eſt, per *Iſauros* intelli

*Iſauri, famoſiſſimi latrones.*

gentem illam Iſauricam, Ciliciæ & Pamphliç proximam, quæ latrocinio adeò infam fuit, ut Probus Imperator facilius eſſe dixer ex Iſauria latrones arceri, quàm tolli: volu ritq; Iſaurorum filios ab anno XVIII. in m

litia

tiam mitti, ne antè latrocinari diſcerent, nàm militare: quemadmodum eſt apud Flavium Vopiſcum. Iſaurorum quoque Strabo meminit *lib. 12.* quos cùm Servilius ſuperaſſet ad interneccionem redegiſſet, *Iſauricus* dici meruit. Eosdem Ammianus Marcellinus *lib.* ſcribit ſub Gallo Cæſare ad priſtinas artes lapſos, piraticam quoque exercuiſſe, & coacto valido exercitu, etiam à Legionibus Romanis ſe aliquandiu tutatos, cùm finitimos populos diripuiſſent. ut non immeritò hominum audaciam ulturi prænominati Imperatores, ad conſtitutionem illam promulgandam fuerint permoti: & nemini mirum videri debeat, quòd Leo Imp. lege Julia de vi publica eos teneri ſanxit, qui vel Iſauros vel Buccellarios (alii *Buccellatos* legunt) domi alerent. *l. fin. C. ad l. Jul. de vi publ.* ubi qui Buccellarii dicãtur, Alciatus explicat *lib. 4. Diſpunct.* c. 20. quem Stephanus Forcatulus laudat Necyomantia, *dial. 96, num. 12.* — *Buccellarii.*

Sed ut ad Molas ſermonẽ conferamus; noſunt Hieroglyphici, per Molam humanæ vitæ commercium ſignificari; propterea quòd Molæ ſemper duæ, atq; alterius ope altera ita indigeat, ut ſingulæ nullum opus faciant. Inde amicitiæ noſtræ, Neceſſitudines appellantur, quòd unicuiq; neceſſum ſit habere a- — *Molarum hieroglyphicum.*

micum, cum quo ſua conſilia conferat; q
ſe mutuò adjuvent, & alter alterius offic
ſublevetur. *Johan. Pierius lib. 49. Hieroglyp*
Jam cùm nulla major poſſit eſſe neceſſita
nulla conjunctio arctior, quàm quæ Viri
Uxoris eſt: ſi laxato ſocialis lecti vinculo, al
teri copiam ſui fecerit Mulier, rectè eam di
cemus alii molere. Sic enim illam Jobi im
precationem, *Molat alteri uxor*, J. Druſus
obſcœno intellectu interpretatur *lib. 5. Obſ*
*vat. cap. 5.* Eaque interpretatio vera eſt;
non parum juvatur ſequenti membro: *I*
*curvent ſe ſuper eam alieni.* Nam incurvare
in loco idem planè valet, quod *inclinare* ap
Plautum in Perſa. Sc. Tranſcidi loris.

*Uxor molens alteri.*

*Pol iſtuc quidem omne jam ego uſurp*
*domi.*
*Nam jam inclinabo me cum liberta tu*

Nec ignotum eſt, Horatium *alienas*
*permolere uxores* eodem dixiſ-
ſe ſenſu.

# DE AUCUPIO, QUOD CUM ACCIPITRE, NISO, FALCONE ET ALIIS AVIBUS PERAGITUR.

## TIT. XXIII.

*AVcupium antiquitus ſolùm fiebat cum retibus. Nam quod cum animalibus rapacibus, Accipitre ...uta, Niſo & Falcone hodie peragitur, Veteribus planè fuit incognitũ: ut Blondinus ſcribit & Jovius libro 2. ſuæ hiſtoriæ, ubi de rebus tractat Muſcoviticis.* Fridericus Barbaroſſa *cùm Romam obſideret, hoc aucupii genus excogitaſſe creditur: quod ut utiliſſimum, ita frequentiſſimo hodie in uſu eſt.*

## NOTAE ſive COMMENTARII.

Venationem Xenophon Deorum munus appellavit, Chironi propter juſtitiam dono conceſſam, ab eo inde Heroibus traditam; quorum virtute, ex iſto potiſſimùm tyrocinio, **Venatio Dei munus.**

nio, patria defenſa, miſeri ubique terrar
calamitatibus levati, ſervati ſint. Atque ho
*ejus utilitas.* pulcherrimum eſt Venationis elogium. C
conſentiens Euſebius: Atroces, inquit, beſt
as exercitationis bellicæ gratiâ divinitus pro
ductas ducimus. Nihil enim magis corpus a
laborem, animum ad reſiſtendum hoſti co
roborat, quàm Venatio. Ob id Alexande
Macedo, Cyrus aliiq; Perſarum reges, ſed
lam venationi operam navarunt; non ad l
ginam corporis, non ut penum locuplet
rent; ſed ut vires corporis, valoremq; natur
lem ſanitatis ergò foverent, & laboribus a
verſus hoſtem durarent, præterea & ferar
hiſtoriam atq; naturam explorarent, expl
ratam poſteris revelarent. *Joh. Langius lib.*
*Epiſt. 59.* Quinimò inter omnia exercitia, q
præſtantiæ laudem merentur, Venation
primum occupare locum, Jos. Quercetan
probat in ſuo Diętetico polyhiſtorico *Sect.*
*genera tria.* *cap. 11.* Venationis autem tria ſunt gene
Nam aut terrâ, aut mari, aut in ipſo etia
aëre peragitur. De prioribus nihil hîc attin
dicere: cùm & omnibus nota ſint, & omni
etiam ſeculis credantur uſurpata. At aëreu
hoc, de quo præſenti agitur capite, nec uſu
patum Veteribus, nec cognitum, nec om
no cogitatum. Adeò non omnia ſibi vin

...at antiquitas! quod hactenus diligenter, ut ...uto, oſtendimus. Miraculi iſthæc planiſſima ...ecies, niſi frequētior uſus, q̄ amat fieri, ad...rationē minueret. Illud interim omnium ...ſenſione convenit, hanc prȩſtare Venatio...s reliquas tanto intervallo, ut inter viros ...ncipes nulla habeatur prior; tenuioribus ...eam nec aditus pateat. De quo videri pote...: quod Jos. Scaliger ſcripſit in Commenta...o in Cirin. *fol.344.* Quod verò hanc Avium ...pturam Veteribus incognitam fuiſſe dixi...us, verum eſt, ſi vetuſtiſſimā antiquitatem ...terpreteris: cæteroquin ante annos MCC. ...ante nota fuiſſe, ex Julio Firmico ſcimus, qui ...*5.cap.8.* nutritores accipitrū, falconum, cę...terarumq; avium, quæ ad aucupia pertinent, ...ominat. Atq; ea fortaſſis antiquiſſima eſt ...ujus rei memoria, ſaltem quæ fidem merea...ur. Nam quòd quidā Ulyſſem ejus auctorē ...ciunt, aut Macchabæum, nugæ meræ ſunt, ...t illa de Virgilio & Marcello planiſſima fa...ula. Verum autem illud aucupium, hoc eſt, ...rtē venandi cum avibus, duobus libris ex...tiſſimè conſcripſit FRIDERICUS II. HEN...ICI F. FRIDERICI BARBAROSSÆ N. Prin...ps & Imperator ſummis illis omnium tem...orum heroibus annumerandus: qui cum ...rtute & gloria bellica, excellentem in omni

*Aucupii præſtantia.*

*Id veteribus incognitum.*

*Artem venandi cum avibus ſcripſit Fridericus II.*

doctrinarum genere eruditionem conjun-
*hujus virtutes.* xerat. Ingenio quippe fuit tanto, ut præter patrias linguas Germanicam & Italicam, didicerit exactiſſimè plurimas alias, Latinam, Græcam, Saracenam, Francicã; & in ſingulis Philoſophię partibus non tantùm rudimenta prima deguſtaverit, ſed fontes ipſos introſpexerit atque exhauſerit: magnanimus, liberalis, magnificus, in utraq; fortuna conſtans & moderatus, acer in præliis & provid- manu pariter & conſilio promtus, itemque crudelitate alieniſſimus. cum quo Majeſtat antiquæ reliquias ſimul concidiſſe ac ſepul- tas eſſe, [redacted]. Ejus igitur Frideri II. libri duo, quos dixi, de Arte venandi cu avibus, inter alia præclarum monumentu eruditionis ſingularis & rari ingenii, edi nuper ſunt Auguſtæ Vindelicorum, ex a tographo manuſcripto membraneo, qu in Bibliotheca ſua habuit, & pro utilitate p blica liberaliter depromſit *Joachimus Ca rarius, Joach. F.* inclutæ Reipubl. Noricor Medicus quondam ſolertiſſimus: adjecto jam Alberti Magni de Falconibus, Aſturi & Accipitribus tractatu. Eos, Lector, a hujus peritiam indipiſci ſatagens, adire po ris; illud tamen etiam atque etiam moni

ita ſcilicet Venationi, cujuſcunq; etiam illa ſit generis, indulgeas, ne, quod multis uſu veniſſe ſcio, aureo te piſcatum hamo doleas, aut cum canibus opes tibi cucurriſſe conqueraris, avolaſſe cum accipitre. *Attenditè Venatores.*

Venationis & Aucupii tam crebra mentio, facit ut animo mecum cogitem, ecquid ſit quod apud Ulpianum legitur, Pantheram ab Aucupe emere? *l. emtorem. aliàs ex emto. 11. §. fin. de action. emti.* Venator ſeu Auceps omnes mihi feras, aut volucres, quos hoc menſe capiet, ducenis nummis vendidit: quæritur an locatio hæc ſit, tanquam operas locaverit, an emtio potiùs? Et conſtat emtionem eſſe. Idq; Ulpianus reſpondit, quia idem ſit, ſive futurum jactum retis à piſcatore emamus, aut indaginem plagis impoſitis à venatore, vel *Pantheram ab Aucupe.* Etſi enim ſunt, qui Rete ea voce intelligant, quo univerſæ aviculæ capi poſſunt, & neutro genere πάνθηρον accipiant, exemplo τοῦ σαγήνου piſcatorii: verius tamen eſt, πάνθηρα fæmineo genere univerſam ſignificare venationem, qualis in ſupraſcripto exemplo venundata proponitur, quod Alciatus tradidit *lib. 1. parerg. cap. 42.* Ex cujus etiam *lib. 9. parerg. cap. 11.* diſcimus, Allectrices aves Ariſtoteli dici turtures, vel columbas, quæ aluntur, ut alias alliciant, & Aucu- *Pantheram ab Aucupe emere.* *Aves Allectatrices.*

pes ad congeneres capiendas adjuvent. quod in Corturnicibus fieri conſuevit, itemq; anatibus. de quibus ille hoc luſit Epigrammate:

*Altilis allectator anas, & cœrula pennas*
*Aſſueta ad dominos ire redire ſuos:*
*Congeneres cernens volitare per aëra turmas,*
*Garrit, in illarum ſe recipitq; gregem;*
*Incautas donec prætenſa in retia ducat:*
